

St. Paul im Lavanttal

PAUL 1 (2, 4)

1192 [vor Juni 9], [Freiberg]

Herzog Ulrich [II.] von Kärnten beurkundet, dass der herzoglich steirische Ministeriale Volbert von Liemberg dem Kloster St. Paul auf seinen Todfall das Gut Murau geschenkt, dasselbe dann aber einem Friesacher Bürger um 27 Mark verpfändet und zudem darauf die Morgengabe seiner Frau Judith sichergestellt hat. Daraufhin hat das Kloster das Gut um 27 Mark von dem Bürger und mit zehn Mark von Volberts Frau eingelöst, die letztere verzichtete für eine Mark auf die Vogtei an dem Gut. Stellvertretend für den kranken Volbert übergab Hartwig von Hardegg das Gut in Gegenwart des Herzogs dem Kloster.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 293 (A).

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1192/charter> (samt Siegel auf Rückseite), zu 1192. — Anthony von Siegenfeld, Landeswappen (1900), Tafel 7, Abb. 14 (nur Siegel Herzog Ulrichs), mit S. 249.

Edd.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 94–96 Nr. 22 (aus A), zu 1192. — Zahn, StUB II (1879), S. 19–21 Nr. 4 (aus A), zu 1192. — Jaksch, MDC III (1904), S. 530–531 Nr. 1387 (aus A), zu 1192.

Reg.: (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 141 Nr. 510. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 66 Nr. 557.

Lit: Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 326. — Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens I (1984), S. 242. — Zehetmayer, Vogtei und Herrschaftsausbau (2019), S. 237 Anm. 69.

Terminus ante quem ist die erste Nennung Abt Ulrichs I. von St. Paul (Edd. in Jaksch, MDC I [1896], S. 265–266 Nr. 356), da in der Datierung noch Abt Pilgrim genannt ist. Siehe hierzu im Detail auch „Begleitende Untersuchungen 3“. Auch wenn nicht genau klärbar ist, bis wann Abt Pilgrim als Abt von St. Paul im Amt war, ist nicht gänzlich auszuschließen, dass das vorliegende Stück bereits in die Zeit der babenbergischen Herrschaft in der Steiermark fällt.

Zur Identifizierung von Mura als Murau in der Steiermark siehe Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 95 Anm. 3.

Der erschlossene Handlungsort Freiberg (nw. St. Veit in Kärnten) folgt Jaksch, MDC III, S. 530.

An der Plika rückwärts eingehängt das Siegel Herzog Ulrichs (Jaksch: Siegel 1). Siehe monasterium sowie die Abbildung bei Anthony von Siegenfeld, Landeswappen, Tafel 7, Abb. 14.

Ediert nach A.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis. Ōdalricus divina favente gratia dux Karinthie omnibus Christi^{a)} fidelibus in perpetuum ‡. Quoniam ex vicio humanę corruptionis magis

sollicitari solet humana conditio pro adipiscendo quod intendimus, vel evitando quod formidamus, cauta circumspectione scripti malignantium errorem et nostrę seneritatis^{b)} fervorem premunire curavimus. Unde presentis stili assertionem filii qui nascentur et exsurgent narrent filiis suis qualiter dominus Uolbertus de Lienberg ministerialis ducis Styrensis annitente studio et bona voluntate domini sui predium suum quod situm est in Mura liberali manu pro remedio animarum ac perpetua sua suorumque parentum memoria deo et sancto Paulo et fratribus ibidem deo militantibus obtulit et tradidit post vitę suę^{c)} serviendum. Revoluta deinde aliquanto tempore, in quantum suo usui quoad viveret attinuit, cuidam Frisacensium urbano pro XXVII marcis idem predium exposuit. Quod tamen ne suę alienaretur iurisdictioni, predictos fratres prenominato argento petiit solvendum, et impetravit hoc pacto ut ex tunc ac deinceps usibus eorum cedere debuisset. Verum quia uxor eius Iudita pro arra coniugali suę proprietati addixit, iam sepe dicti fratres ut aliquando huiusmodi causę finem imponerent, X marcas uxori suę, sibi quoque unam pro resignanda eiusdem predii advocatia quam tamen iniuste sibi usurpaverat, exsolverunt pro eo quod sub nostra presentia et protectione tuendum idem predium utique cum liberis suis per manum domini Harthuwici de^{d)} Hardekh super reliquias sanctorum in Uriberg^{e)} delatas sicut ipsa petierat, cum ad prefatum monasterium sancti Pauli invaliditudine corporis venire prepediretur, delegaverat amodo et usque in sempiternum in quietam et liberam manu predicto monasterio possidendam. Ut autem huius actio[ni]s [factum]^{f)} nulla interiectionis vel argumentationis sollertia possit inquietari, nostri sigilli et subscriptorum testium astipulatione eam tutare curavim[us]^{g)}. Sunt autem hii: Bernhardus germanus frater meus, Pabo de Griwich, Palduwinus de Ostirwic, Hermannus de Gozzelendorf, Emzo cum fratre suo Ber(en)gero, Uvillehelmus de Treuen, Sigehardus de Nuzperg, Arnoldus de Ramminstaine, Ortolfus de Strunib(er)g, Ōdalricus et filius eius Heinricus, Hadoldus et Chuno filius eius de Vrieberg, Heinricus de sancto Uito, Wernherus de Boniis^{h)}, Otto de Lebnah, Wolframms de Treulich, Wigant de Bach, Chunradus Topilstaine, Chunradus de Wi(er)cheran, Merboto de Pulste, Gundramⁱ⁾, Ōdalricus, Urowin, Uvichpoto de Liebenberg. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M^o C^o nonagesimo II^o, indictione X, imperante gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto Heinricho, presidente quoque Salzburgensis ecclesię archiepiscopo Adelberto, Pilgrimo eiusdem monasterii sancti Pauli in Lauent abbate, feliciter amen^{j)}.

^{a)} Christi als Monogramm ausgeführt A. – ^{b)} seneritatis statt serenitatis A. – ^{c)} Danach fehlt ein Wort wie finem oder exitum A. – ^{d)} Danach nochmals Harthwici, durch Streichung und Unterpungierung getilgt A. – ^{e)} i auf radiertem Buchstaben (b?) A. – ^{f)} Durch Fleck auf Pergament nicht sichtbar A; Ergänzung nach Jaksch; Zahn ergänzt memoria. – ^{g)} us- Kürzung durch Fleck auf Pergament nicht sichtbar A. – ^{h)} Lesung Bonūs Jaksch. – ⁱ⁾ Nach G r durch darüber- und daruntergesetzten Punkt getilgt A. – ^{j)} amen in Majuskeln A.

PAUL 2 (2, 3)

[1192 ca. Juni]

Abt [Ulrich I. von St. Paul] verzeichnet seine Ausgaben aus Anlass seiner Weihe wie auch der Landesversammlung Herzog Leopolds [V.] von Steier [und Österreich] in Graz. Anbei notiert er die Rückgabe der von [Herzog Otakar IV.] entfremdeten villa Zellnitz (bei Marburg).

Hss.: Aufzeichnung 1. Viertel 13. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 2/0, fol. 20r cap. 81 (B).

Edd.: Mayer, Spicilegium (AKÖGQ 6, 1851), S. 306–307 Nr. 9 (aus B). — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 60 Cap. 81 (aus B), zu 1192. — Zahn, StUB II (1879), S. 19 Nr. 3 (aus B), zu 1192 Mitte?. — Jaksch, MDC III (1904), S. 533 Nr. 1393 (aus B), zu 1192 Juni, mit S. XXXIV. — Fichtenau/Dienst, BUB IV/1 (1968), S. 217–218 Nr. 918 (aus B, Teildruck), zu 1192 Juni?.

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 72–73 Nr. 571, zu vor 31. Dezember 1194. — Neugart, Historia II (1854), S. 19–20 (Auszug). — Wendrinsky, Nachträge (BIVLkNÖ NF 13, 1879), S. 338 Nr. 158, zu 1192 (Mitte). — Kos, Gradivo IV (1915), S. 402 Nr. 809, zu 1192 wahrscheinlich nach Jahresmitte.

Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 4. — Juritsch, Geschichte der Babenberger (1894), S. 319. — Krones, Verfassung (1897), S. 111–113. — Jaksch, Geschichte Kärntens I (1928), S. 325. — Pirchegger, Untersteiermark (1962), S. 115 Anm. 49. — Dopsch, Landherren (1968), S. 228. — Dopsch/Brunner/Weltin, Österr. Gesch. 1122–1278 (1999), S. 37–38. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 76.

Jaksch, MDC III, S. XXXIV, vermutet, Herzog Leopold V. habe eine (später verschollene) Urkunde über diese Rückstellung ausgestellt.

Zur Datierung siehe „Begleitende Untersuchungen 3“.

Herzog Leopold V. wird als dux senior bezeichnet, da zu der Zeit als Abt Ulrich I. von St. Paul diese Aufzeichnung tätigte, bereits dessen Sohn Leopold VI. regierte, siehe Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12), S. 72–73 Anm. 4; Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 60; Jaksch, MDC III, S. XXXIV.

Der in der Niederschrift angeführte Herrand ist wohl Herrand von Wildon, der damals das Amt eines steirischen Truchsessen bekleidete, siehe Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12), S. 73 Anm. 1; Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 60; Krones, Verfassung, S. 113 Anm. 1; Dopsch, Landherren, S. 228; Dopsch/Brunner/Weltin, Österr. Gesch. 1122–1278, S. 38.

Ediert nach B.

Quoniam homo diversis curis occupatus diversas expensas memoriter retinere difficile prevalet, idcirco sumptus ecclesie, qualiter et quomodo et ubi consumpsimus, tam futuris quam presentibus scripto notificare dignum duximus et, ut omnem supersticiosam suspicionem de singulorum cordibus exstirpemus, singula singulis diligenter adnotare decrevimus. Inprimis enim tum abbatizare qualitercumque dante deo cepimus eundo pro benedictione et redeundo, et vestimenta servis comparando X marcas consumpsimus. Postea vero cum dux Styrie Liupoldus senior curiam aput Grêz celebrasset, palefridum VIII marcis comparatum illi presentavimus, Herrando ut parti nostre faveret, IIII^{or} marcas non innerito dare censuimus. Dux quoque beneficii oblitor nequaquam effectus, villam Zelnz diu perditam et fere iam desperatam quam predecessor ipsius abstulerat, monasterio nostro restituit et illi pacifice in perpetuum servire constituit.

PAUL 3 (2, N20)

[ca. 1192/93]

Graf Otto von Lebenau schenkt dem Kloster St. Paul zum Seelenheil seines Bruders Siegfried die villa Glanz (bei Feistritz, w. Marburg), zwei Huben in Niederhof (ö. St. Paul), ein Gut am Piperck sowie je eine Hube in Eitweg (nö. St. Andrä) und Raglach (n. St. Paul).

Hss.: Aufzeichnung I. Viertel 13. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 2/0, fol. 17v cap. 62 (B).

Edd.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 51 Cap. 62 (aus B), zu 1190. — Jaksch, MDC III (1904), S. 540 Nr. 1410 (aus B), zu 1193.

Reg.: Zahn, StUB II (1879), S. 13 Nr. 20 (Auszug), zu 1191. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 416 Nr. 831 (Auszug), zu um 1193.

Die zeitlichen Ansätze bei Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 51, und Zahn, StUB II, S. 13, zu 1190 bzw. 1191 beziehen sich wohl auf den Tod des Grafen Siegfried III. von Lebenau am 12. März 1190 oder 1191, siehe Hausmann, Grafen zu Ortenburg (OG 36, 1994), S. 20. Die Einordnungen bei Jaksch, MDC III, S. 540, und Kos, Gradivo IV, S. 416, zu (um) 1193 richten sich wohl danach, dass die Traditionsnotiz in dem auf Aufzeichnungen Abt Ulrichs I. von St. Paul basierenden Abschnitt der Handschrift verzeichnet ist, siehe hierzu im Detail „Begleitende Untersuchungen 3“.

Ediert nach B.

Comes Otto de Livbenö tradidit nobis pro remedio anime fratris sui Sifridi apud Wstrz sub Gastei Potglanz dictum villam unam et apud Niderhouen duos mansus et super Pîperck predium illud et apud Îtwic mansum I et apud Rekolach mansum unum.

PAUL 4

1194

Herzog Ulrich [II.] von Kärnten spricht nach wiederholter Klage des Abtes Ulrich [I.] von St. Paul dem Kloster das Gut Pustritz (nw. St. Paul) zu. Heinrich von Leibnitz und seine amici stellen das Gut in die Hand des Herzogs zurück und versprechen gegen Empfang von 20 Mark, das Kloster in dieser Sache nie mehr zu behelligen.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 305 (A).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1194.1/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: Jaksch, MDC III (1904), S. 556–557 Nr. 1436 (aus A).

Reg.: (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 142 Nr. 522. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 12, 1854), S. 70–71 Nr. 568 (Auszug). — Tangl, Grafen von Heunburg (AKÖGQ 19, 1858), S. 98–99. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 98–99 Nr. 26 (Auszug). — Kos, Gradivo IV (1915), S. 440 Nr. 865 (Auszug).

Lit.: Jaksch, Geschichte Kärntens 1 (1928), S. 328.

Siehe auch Nr. PAUL 23 (XI), wo verzeichnet ist, dass Heinrich von Leibnitz für 22 Mark auf das Gut Pustritz verzichtet hat.

Hängesiegel Herzog Ulrichs (Jaksch: Siegel 2) an, laut Jaksch, MDC III, S. 557, roten Seidenfäden. Siehe monasterium, hier ist jedoch nur die Rückseite des Siegels zu sehen.

Ediert nach A.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡. Si quid memoria dignum constituitur, utile videtur, ut cautionis pagina confirmetur. Eapropter nos quidem Ōdalricus dei gratia dux Karintię tam presentibus quam futuris Christi fidelibus notum esse volumus, qualiter dilectus abbas Ōdalricus sancti Pauli in Lauent presentiam nostram sepe et sepius adiit et coram nobis querimoniam deposuit, quod dominus Heinricus de Libenz et amici sui predium monasterii in Pusters violenter occupaverint et plurimis damnis et iniuriis homines sancti Pauli molestaverint. Tandem vero commoniti^{a)} et frequenti clamore abbatis et fratrum inducti et, quod iure loco illi preesse debemus, predictum Heinricum et amicos suos ad presentiam nostram vocavimus et predium quod iniuste sibi usurpaverant, eidem monasterio restitui fecimus. Quod cum in manus nostras resignassent, abbati et fratribus, ut iustum fuit, perpetuo possidendum reddidimus et, cum de iniuria et damno ęcclesię illato tractaremus, illi econverso se damnificatos dicebant. Et licet iusticia exigeret, ut ęcclesię sancti Pauli de illata iniuria et damno satisfactio ęxiberetur^{b)}, nos tamen nolentes dominum Heinricum et amicos suos gravare, eo quod gratię et iudicio nostro se subposuissent et predio quod iniuste possederant, renunciassent, utriusque partis querimoniam^{c)} ita determinavimus, quod fratres sancti Pauli predium suum in Pusters quod maior fluvius Lepın dictus includit et disternat, cum pace possideant et dominus Heinricus et amici sui ab abbate et fratribus XX marcas tali conditione acceperunt, quod nec ipsi nec aliqui posteritatis eorum deinceps eosdem fratres in eodem predio vel in aliquo possessionis eorum termino molestarent vel inpeterent. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, sigillo nostro confirmari et corroborari curavimus. Huius rei testes sunt comes Gēr, Wichardus de Charlsperch, Walchunus de Globaznich, Gotfridus de Thrûhs^{d)}, Heinricus de Chohniz et milites sui Otto et Uualchunus, Ortolfus Fortis, Fridericus Wild, Walchunus de Risperch, Fridericus de Pulst, Gotfridus de Treulich, Chunradus Sweuus, Pertoldus capellanus ducis, Ōdalricus clericus, Pertoldus de Suzenpach, Chuno de Uriberch, Sigehardus de Nuzperch, Waltherus de Chraiburch, Arnoldus de Rammenstain, Wernherus de Ponûs, Waltherus iudex ducis, Albero preco, Pabo de Uolchenmarct, Rodolfus, Heinricus, Chunradus camerarii ducis et alii quam plures quorum copia ibi erat.

Acta sunt hec anno M C L XXXX IIII, indictione XII, epacta XXVI, concurrente VI, tempore Alberti archiepiscopi Salzburgensis, Heinricho imperatore regnante.

^{a)} Zweites o aus i (?) verbessert A. – ^{b)} A. – ^{c)} q(uę)rimonia(m) mit Cauda unter q A. – ^{d)} Ab hier wegen Platzmangels geringere Zeilenhöhe A.

PAUL 5 (2, 18)

Unecht

1196 Juni 17, Lateran

Papst Cölestin [III.] nimmt das Kloster St. Paul unter Abt Ulrich [I.] nach dem Vorbild der Päpste Urban [II.], Innozenz [II.], Alexander [III.] und Lucius [III.] in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihm den gegenwärtigen wie künftigen rechtmäßigen Besitz, darunter auch solchen in der Steiermark.

Hss.: Angebliches Original in Wien, HHStA, AUR 314 (A).

Edd.: Jaksch, MDC III (1904), S. 569–571 Nr. 1467 (aus A), mit Jaksch, MDC Erg. I–IV (1915), S. 12–13 Nr. 1467.

Reg.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 100–102 Nr. 29 (Auszug). — Zahn, StUB II (1879), S. 40–41 Nr. 18 (Auszug). — Jaffé, Regesta 2 (1888), S. 624 Nr. 17406. — Brackmann, Germania pontificia I/1 (1910), S. 121–122 Nr. 10. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 448–451 Nr. 885 (Auszug).

Lit.: Kovačič, Vitezi Pesničarji (ČZN 9, 1912), S. 3. — Ljubša, Zemljepisni razvoj (ČZN 19, 1924), S. 74. — Vatovec, Pravosodstvo (ČZN 26, 1931), S. 91. — Lamprecht, Wo lag „Vollenanger“? (BlHk 31 H. 3, 1957), S. 66. — Fresacher, Finkenstein und Rosegg (Car I 150, 1960), S. 798. — Ginhart, Stiftskirche (1984), S. 117. — Hausmann, Carinziani (1984), S. 582. — Gründler, Grafen von Plain (UH 57, 1986), S. 222–223. — Faust, Rechtsstellung (1991), S. 102. — Murauer, Papsttum und Salzburg (2012), S. 403. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 80 Anm. 177.

Dass es sich um eine Fälschung handelt, belegt schon der Umstand, dass das vorliegende Stück in der Urkunde Papst Innozenz' III. von 1215 April 12, Lateran (= Urkunde Nr. PAUL 15) nicht erwähnt wird. Laut Jaksch, MDC Erg. I–IV, S. 12–13 Nr. 1467, entstand die vorliegende Fälschung „zwischen 1225 und 1240, wahrscheinlich 1225“, da damals rund um die Gründung des Bistums Lavant „die Pfarreinrichtung in St. Andrä neu geregelt worden sein [wird], was zu Differenzen mit St. Paul Veranlassung gab“. Siehe auch Brackmann, Germania pontificia I, S. 122. Die Anordnung der Kardinalsunterfertigungen ist ungewöhnlich; die Unterfertigungen stammen sichtlich von ein und derselben Hand.

Vorurkunde ist die Urkunde Papst Lucius' III. von 1184 September 21, Verona (Edd. in Jaksch, MDC III, S. 493–495 Nr. 1308; Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1010/charter>).

Die ebenfalls angesprochenen Urkunden der Päpste Alexander III. von 1177 April 6 und Juni 4, Venedig, Innozenz II. von 1140 November 23, Lateran, und Urban II. von 1099 März 26, Lateran, sind ediert in Jaksch, MDC III, S. 458–460 Nr. 1217, S. 460–461 Nr. 1220, S. 284–286 Nr. 732, und S. 204–206 Nr. 508.

Bulle fehlt.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).

‡ Celestinus episcopus servus servorum dei dilectis filiis Wlrico abbati monasterii sancti Pauli quod in provincia Karinthie situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum ‡. Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum beati Pauli monasterium in provincia Karintie situm, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum felicitis recordationis ‡ Vrbani, Innocentii, * Alexandri ‡ * et ‡ Lvcii ‡ Romanorum pontificum, quod utique beati Petri iuris existit, sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum largitione regum, * oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis * successoribusque vestris * et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum terris, pratis, pascuis, piscationibus, fluminis Lauent, monte sancti Iohannis adiacente cum decimis et aliis * suis pertinentiis, villam que forum dicitur cum decimis et suis * pertinentiis *, villicationes Bissofestorf, Stadelaren, Winkelaren cum mansis adiacentibus et decimis, Framerich, apud Griuene duas curtes, * apud sanctum Philippum et apud sanctum Georgium duas curtes cum decimis et aliis * suis pertinentiis, villam Puhelaren, Winberch * cum * vineis et decimis et aliis appenditiis suis, * apud * Lauentmunde curtam^{a)} unam, apud Glanam curtam^{a)} unam, apud Gurnsech curtam^{a)} unam cum decimis et aliis suis pertinentiis, predium super Postres et Nuceberch cum novalibus decimis et aliis * suis * pertinentiis, * ecclesiam Radenel et silvam et villas sibi adiacentes cum decimis e[t]^{b)} aliis suis pertinentiis, ecclesiam de Mochlich in Aquilegensis parrochia constitutam cum predio eiusdem nominis et decimis et omnibus aliis suis pertinentiis, * predium * apud sanctum Andream * cum vineis, predium apud Abbatesberche, predium Sidegoistorf, * Hundestorf, * Rachelach, Mosern, Antrinstorf, Eppendorf, Syernekoue alta cum * suis * pertinentiis, * predium super Harde positum, predium apud Lauendmunde, Lonisich, Wisse, Sirnewich, Gurnsech cum cadmia ibidem reperta, Volchenmarchet cum mansis et molendinis et aliis suis pertinentiis, predium * Trahouen, Linde et iterum Linde, Winchelaren, Strielach, Glan, Gensedorf, predium super montem Obubuz, predium apud sanctum Martinum cum suis pertinentiis, ecclesiam Vresne^{c)} cum silva et aliis suis pertinentiis, predium in Marchia Roiste, * Holern, Culmen, Gemniz, Pezniz, Belochowe, predium apud sanctum Leonardum, villam Celniz et aliud Celniz, Wollenhanger, Puchdorf, Sonedorf, Seciniz, Bogenueld, * Vendoi, * Kecilinstorf, * Viuaern, Domnik, Lipnik cum vineis et * aliis suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum que propriis * sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum sive etiam de terris aliis de quibus a quadraginta retro annis decimas non solvistis, de cetero nemini decimas solvere teneamini. Liceat quoque vobis clericos vel laicos ex seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, absque abbatis sui licencia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. In ecclesiis vero seu capellis, que in fundo vestro site sunt et ad vestram iurisdictionem pertinent, liceat vobis sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare * si idonei fuerint, quibus episcopus * curam * animarum * committat, ita tamen, quod ei de spiritualibus vobis autem de temporalibus debeant respondere. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, si quidem * communionem * et gratiam * apostolice sedis habuerit et ea vobis gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque volueritis catholicum adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulat, indulgeat. Adicimus etiam, ut nulli episcopo liceat tibi fili abbas vel cuilibet successorum tuorum officium interdicere seu vestrum monasterium a divinis officiis prohibere. Nullus etiam vestrum ab aliquo episcopo ad capitulum seu ad synodum ire cogatur, nisi ecclesiastica et rationabilis causa hoc exigere videatur. Usus quoque mitre et

anuli et indumentorum benedictionem ad sacrum officium pertinentium nec non consecrationem calicis et patene tibi et successoribus tuis perpetualiter concedimus et presentis scripti patrocínio corroboramus. Sanccimus^{a)} preterea, ut advocatias ipsius monasterii nullus aliqua violentia vel astucia sibi usurpet, set ille tantum ea utatur, qui ob utilitatem ipsius loci ab abbate et fratribus fuerit eligendus, qui sine exactione aliqua officium advocati strenue ac reverenter exerceat. Regimen quoque plebis a tempore Cunradi senioris ad vestrum monasterium pertinentiis cum omnibus ecclesiis sibi subiectis scilicet in monte sancti Iohannis et in monte sancti ‡ Bene‡dicti, ubi site sunt vinee, et ecclesiam sancte Nicholai in Sirincoy et in monte qui dicitur Pusters, ubi est ecclesia sancte Marie, ecclesiam sancti Cholomanni que sita est iuxta Griuene, et ecclesiam sancti Michaelis in Corssich vobis in perpetuum concedimus et auctoritate nostra stabilimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. * Obeunte vero te * eiusdem * nunc * loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. * Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. * Ad indicium autem percepte huius a sede apostolica libertatis nobis nostrisque successoribus Bisanzium unum annis singulis persolvitis. [S]ⁱ⁾ qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. ‡ Amen amen amen^{e)} ‡.

(R.)^{f)} Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus subscripsi. (BV.)

† Ego Albinus Albanensis episcopus subscripsi.

† Ego Iohannes de sancto Paulo presbiter cardinalis tit. sancte Prisce subscripsi.^{g)}

† Ego Guido cardinalis sancte Marie trans Tiberim tit. Calisti subscripsi.

† Ego Petrus cardinalis de Monte Celio subscripsi.^{h)}

† Ego Soffredus cardinalis sancte Marie in Via Lata subscripsi.

† Ego Pandulphus cardinalis tit. basilice XII apostolorum subscripsi.

† Ego Iohannes cardinalis tit. sancti Clementis subscripsi.ⁱ⁾

Dat. Laterani per manum Phlipi^{b)} sancte Romane ecclesie notarii, XV kal. iulii, indictione XIII, incarnationis dominice anno M C nonagesimo VI, pontificatus vero domini ‡ Celestini ‡ pape III anno VI.

^{a)} A. – ^{b)} e statt et A. – ^{c)} V auf Rasur A. – ^{d)} Nachtrag des Anfangsbuchstabens vergessen A. – ^{e)} amen amen amen zur Zeilenfüllung auseinandergezogen A. – ^{f)} Devise: Adiuva nos deus salutaris noster. – ^{g)} Die Unterschriften des Albinus und des Johannes stehen in einer Zeile nebeneinander direkt unter der Papstunterschrift A. – ^{h)} Die Unterschriften des Guido und des Petrus stehen nebeneinander in einer Zeile linksbündig beginnend unter jenen des Albinus und des Johannes A. – ⁱ⁾ Die Unterschriften des Soffredus, des Pandulphus und des Johannes befinden sich rechts vom BV. untereinander A.

PAUL 6 (2, 42)

1201 August 27, Friesach

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg erhebt die vom Kloster St. Paul auf dessen Besitzungen in der Mutterpfarre Lavamünd gegründete Kirche (St. Georgen am Remschnigg, w. Marburg) zur Pfarrkirche. Er eximiert sie mit Zustimmung des Pfarrers Guntram von der Mutterpfarre und weist ihr einen eigenen Pfarrbezirk in genannten Grenzen sowie den dritten Teil der Zehnten zu. Ferner verpflichtet er den jeweiligen Abt, sich bei seinem Amtsantritt vom Erzbischof mit dieser neuen Pfarre investieren zu lassen und beurkundet die vom Abt vorgenommene Entschädigung der Mutterpfarre mit vier Huben in Leifling (nw. Unterdrauburg).

Hss.: 1. Original in St. Paul, StA, Urkunde Nr. 16 (A1). — 2. Original in Wien, HHStA, AUR 345 (A2).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1014/charter> (A1). — https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1201_VIII_27/charter (samt Hängesiegel) (A2).

Edd.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 104–106 Nr. 32 (aus A1). — Zahn, StUB II (1879), S. 70–72 Nr. 42 (aus A1 A2). — Jaksch, MDC III (1904), S. 589–591 Nr. 1510 (aus A1 A2). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 8–10 Nr. 540 (aus A1 A2, mit vertauschten Siglen).

Reg.: Neugart, Historia II (1854), S. 22 (Auszug). — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 112–113 Nr. 603. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 171 Nr. 11, mit S. 511 Anm. 8. — Kos, Gradivo V (1928), S. 2–3 Nr. 4.

Lit.: Felicetti, Steiermark II (BKStGQ 10, 1873), S. 104. — Orožen, Lavant (1875), S. 126–127. — Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 597–598, 600. — Ljubša, Zemljepisni razvoj (ČZN 19, 1924), S. 61. — Kovačič, Zgodovina Lavantinske škofije (1928), S. 74. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 8. — Lamprecht, Besiedelung des Remschnickberglandes (ZHVSt 47, 1956), S. 23. — Lamprecht, Besitz auf dem Remschnick (Car I 147, 1957), S. 335. — Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 128 Anm. 42. — Haider, Kapellanat (1977), S. 224, 228, 229, 230, 231, 249, 278 (Anm. 498). — Krassnig, Landesausbau (1991), S. 109. — Gut, Kirchliche Verhältnisse (1991), S. 443–444. — Ravnkar, Posest grofov Vovbrških (ČZN NV 29/1, 1993), S. 22. — Tropper, Missionsgebiet (1996), S. 66. — Mierau, Vita communis (1997), S. 55, 65, 180, 193, 209. — Zehetmayer, Landtaidinge (ZHVSt 94, 2003), S. 108 (Anm. 162, 163). — Kos, Burg (2006), S. 357 (Anm. 418). — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 53–54 Anm. 192, 68–69, 137, 422.

Die beiden Originale sind von zwei verschiedenen unbekannten Händen geschrieben, siehe Jaksch, MDC III, S. 589, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 9. Laut Jaksch, MDC III, S. 590, ist A2 „die erste Ausfertigung“, welcher „der Konsens des Salzburger Kapitels [...] und die Nennung des Salzburger Domkapitels und der Domherren als Zeugen“ noch fehlen, die in der zweiten Ausfertigung (A1) dann nachgetragen wurden. Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 9, ist die Arenga „eine Umarbeitung“ jener, die erstmals in der Urkunde Bischof Diepolds von Passau von 1188 Juli, Krems (Edd. in

Hauthaler/Martin, SUB II [1916] S. 619–621 Nr. 457) vorkommt. Siehe dazu auch Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 597–598.

Die angegebene Indiktion V passt unter keinen Umständen zum angegebenen Jahr 1201 (August), korrekt wäre die Indiktion IV. Dem angeführten ersten Pontifikatsjahr Erzbischof Eberhards II. liegt offensichtlich nicht die Wahl am 20. April 1200, sondern die definitive Bestätigung durch den Papst am 3. Februar 1201 zugrunde, siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 682, Meiller, Reg. Salzburg, S. 511 Anm. 8, Hauthaler/Martin, SUB III, S. 1.

Meiller, Reg. Salzburg, S. 511 Anm. 8, hält die genannte Kirche für St. Georgen unter Stein im Lavanttal. Aus der Urkunde Papst Innozenz' III. von 1202 März 23, Lateran (= Urkunde Nr. PAUL 8) geht jedoch eindeutig hervor, dass es sich um St. Georgen am Remschnigg handelt, siehe auch Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 106 Anm. 3; Lamprecht, Besitz auf dem Remschnik (Car I 147), S. 335.

A1: Hängesiegel Erzbischof Eberhards fehlt, laut Jaksch, MDC III, S. 591, und Hauthaler/Martin, SUB III, S. 10, rot-grüne Seidenfäden vorhanden. Siehe monasterium. A2: Beschädigtes Hängesiegel Erzbischof Eberhards (Jaksch: Stempel 1; Hauthaler/Martin: Siegel 1) an, laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 10, rot-grün-weißen Seidenfäden. Siehe monasterium.

Ediert nach A1 und A2.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis ‡. Ego Eberhardus dei gratia sancte^{a)} Salzburgensis ecclesie^{b)} archiepiscopus et^{c)} apostolic^{d)} sedis legatus tam presentibus quam futuris in perpetuum. In ampliandis locis, ubi nomen domini invocetur, pie^{e)} vota intentionis et commendabilem fundatorum devotionem in omnibus laudandam et caritatis affectu amplectendam cognoscentes, maxime ubi sacr^{e)} proficit religioni vel religiosorum sustentationi, operam adhibere et assensum prompt^{e)} nostr^{e)} voluntatis prebere debemus. Cum igitur monasterium sancti Pavliⁱ⁾ in quibusdam possessionibus, quas in parrochia Lauentmunde^{j)} habebat, ecclesiam^{k)} fundasset et a iurisdictione^{l)} matricis ecclesie^{b)} eximere illam intenderet, preces nobis super hoc a prefati collegio^{m)} monasterii porrectas pie^{e)} illorum devotionis intuitu admittendas consideravimus et capellam illam consilio choriⁿ⁾ ab omni iurisdictione^{o)} matricis ecclesie^{b)} cum consensu Gvndrammi plebani, facta libere^{p)} in manus nostras iuris sui renuntiatione, auctoritate nobis ex antiqua indulta constitutione^{q)} exemimus, ius ei et privilegia, q(u^{e)}^{r)} universe^{s)} solent habere plebes, conferentes et^{t)} terminos plebesane^{u)} iurisdictionis^{v)} a fluvio Zvchen^{w)} usque ad alium fluvium Uvdemunde^{x)} assignantes. Terciam partem quoque decimarum, quam in eisdem prediis sub tali terminorum assignatione cultis seu colendis matrix percepit seu^{y)} percipere debuit, ecclesia^{z)} similiter de consensu predicti plebani liberavimus et huic nove fundat^{e)} plebi contulimus ita, ut in episcopalibus in recipienda scilicet animarum cura quicumque in prefato monasterio^{b)} fuerit abbas semper in prima sua institutione^{c)} ad nos et successores nostros Salzpurgensis ecclesie^{b)} archiepiscopos^{d)} recursum habeat, et qui tunc archiepiscopus^{e)} presidebit, abbatem prona devotione hac plebe investiat nec negandi habeat potestatem. Quoniam autem hec omnia preter canonicam fieri non poterant moderationem, videlicet ut nova conpetens haberet subsidium et antiqu^{e)} gravia dampna non infligerentur, in recompensationem dampnorum, si qua matrix ecclesia pro tali exemptione^{g)} sustinere posset, de carentia utilitatis et profectus,

quem in temporalibus eorundem terminorum percipere poterat, quatuor mansos in Livflieh et reditus^{h)} unius fertonis abbas predictus cum consensu fratrum suorum antiquę^{f)} parrochieⁱ⁾ pleno iure tradidit in proprietatem. Quę^{j)} ut rata per posteros et inconvulsa permaneant stabilitate, testimonio sigilli nostri roboramus, auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pavli^{k)} pacis tranquillitatem et perpetuam firmitatem constituentes. Quod si quis ea infringere attemptaverit, anathematis se noverit vinculo subiacere et indignationem omnipotentis dei, sanctorum apostolorum Petri et Pavli^{k)}, beati Rödperthi^{l)} confessoris atque pontificis se sciat incursum. Huius rei testes sunt dominus Uvaltherus Gvrcensis electus, Wernhardus Salzpurgensis ecclesię prepositus, Chvnradius, Heinrichus, Wernherus, Hartfridus, Rödigerus, Hermannus, Otto, Heinrichus, Perhtoldus, Hartwicus, Uvolcmarus, Dietmarus, Willehalmus, Otto, Hartnidus, Chvnradius, Salzpurgenses canonici, Chvnradius maioris ecclesię Frisingensis prepositus, Meinhalmus arcidiaconus, Heinrichus arcidiaconus, Heinrichus prepositus de Solio, Chvnradius de Mvldorf, Chunradus de Sulzowe, Ölrucus Frisacensis, magister Rōdbertus, Engilbertus sacerdos, Arnoldus plebanus de sancto Georgio, Fridericus de Petowe, Otto de Chunigesperc, Eberhardus et Hermannus de Schonenstein, Ekehardus et Heinrichus de Libenz, Ekehardus de Tanne, Albertus de Liehtberc, Pabo de Hoh(en)bvrch, Otto de Lōngowe. Acta sunt hec in Frisaco, anno ab incarnatione domini millesimo CC I^{m)}, indictione V, epacta XIII^{a n)}, concurrente VII^o, VI^{a o)} kal. sept., Innocentio^{p)} papa apostolicę^{d)} kathedre^{q)} presidente, anno pontificatus nostri primo, feliciter amen^{r)}.

[*Abweichende Zeugenreihe in A2:*]

Huius rei testes sunt dominus Waltherus Gvrcensis electus, * Chvnradius maioris * Friscensis * ecclesie * prepositus, Meinhalmus archidiaconus, Heinrichus archidiaconus, Heinrichus prepositus de Solio capellani domini archiepiscopi, Chvnradius de Muldorf, Chvnradius de Sulzowe, Vlrucus Frisacensis, magister Rūbertus, Engelbertus sacerdos, Arnoldus plebanus de sancto Georgio, Fridericus de Petouia, frater eius Otto de Chunegsb(e)rch, Eberhardus et Hermannus fratres de Sconenstaine, Ekkehardus et Heinrichus de Libenz, * Albertus de Liechtenberch, * Ekkehardus de Tanne, * Pabo de Hohenburch, Otto de Lvngowe.

a) sancte A2. – b) ecclesie A2. – c) et fehlt A2. – d) apostolice A2. – e) pie A2. – f) sacre A2. – g) promte A2. – h) nostre A2. – i) Pauli A2. – j) Lauentgemunde A2. – k) ecclesiam A2. – l) A2; iurisdictione A1. – m) Wortfolge collegio prefati A2. – n) consilio chori fehlt A2. – o) A2; interdictione A1. – p) libere A2. – q) constitutione A2. – r) que A2. – s) universe A2. – t) A2; et fehlt A1. – u) plebezane A2. – v) A2; iurisdictionis A1. – w) Zovchen A2. – x) Vvdemunde A2. – y) vel A2. – z) ecclesia A2. – a) fundate A2. – b) Folgt sancti Pauli A2. – c) instutione A2. – d) A2; arciepiscopos A1. – e) A2; arciepiscopus A1. – f) antique A2. – g) A2; exemptione A1. – h) redditus A2. – i) parrochie A2. – j) Que A2. – k) Pauli A2. – l) Rudberti A2. – m) M^oL (sic) CC^o I A2. – n) XIII A2. – o) VI A2. – p) Innocencio A2. – q) cathedre A2. – r) feliciter amen nach *Spacium ans Ende der Zeile gerückt*, amen in *Majuskel A1; fehlt A2*.

PAUL 7

[1196 nach Mai 2 – 1201 Oktober 15]

Albert von Eppenstein (sö. Judenburg) gibt auf dem Totenbett dem Kloster St. Paul das widerrechtlich entzogene Gut am Berg nächst den Weinbergen bei Haunhof (n. St. Paul) zurück, und Dietmar von Griffen, der das Gut nach Lehnrecht beansprucht hatte, gibt gegen zwei Mark in Gegenwart des Bischofs Tiemo von Bamberg seine Ansprüche auf.

Hss.: Aufzeichnung 1. Viertel 13. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 2/0, fol. 19r cap. 77 (B).

Edd.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 57 Cap. 77 (aus B), zu 1196–1202. — Jaksch, MDC III (1904), S. 568 Nr. 1460 (aus B), zu 1196–1202.

Reg.: Kos, Gradivo IV (1915), S. 452 Nr. 889, zu 1196–1202. — Koller-Neumann, Lehen des Bistums Bamberg (1982), S. 52–53 Nr. 8, zu 1196–1201.

Der traditionelle Zeitansatz zu 1196–1202 beruht auf früheren Bischofslisten, in denen der Tod Bischof Tiemos noch mit 1202 angegeben wurde, vgl. Gams, Series episcoporum (1873), S. 259 (1196 Juni – 1202 Oktober 16); Eubel, Hierarchia I (1898), S. 126 (nur Todesjahr mit 1202 angeführt). Schon Koller-Neumann, Lehen des Bistums Bamberg, S. 52 Anm. 8.1, stellt richtig, dass Bischof Tiemo „bereits im Herbst 1201“ starb. Der hier angeführte terminus ante quem richtet sich nach der Angabe des Todestages mit dem 15. Oktober 1201 bei Flachendecker, Tiemo (2001), S. 36. Der genaue Zeitpunkt von Tiemos Wahl ist nicht bekannt, sie erfolgte zwischen dem 2. Mai und dem 7. August 1196, siehe ebd., S. 36.

Die Identifizierung von Houe mit Haunhof n. St. Paul folgt Jaksch, MDC III, S. 568 Nr. 1460.

Ediert nach B.

Albertus de Eppenst(ein) in extremis suis restituit nobis predium nostrum in monte iuxta vineas apud Houe, quod iniuste tenuerat, quod dominus Dietmarus de Griuen iure beneficii impetebat, cui duas marcas dedimus; et cessit contencioni et coram episcopo Tiemone Babenbergensi idem predium probabiliter ydoneis testibus obtinuimus. Testes: Chunr(at) de Griuen, Cholo, Gotfrit, Albertus de Trvhsen, Ortolf, Fridric, Herman et Fridric de Wolsperc et alii. Sacramentales autem nostri erant Walch(unus) de Risperc et frater eius Fridricus, Ortolfus, Otto, Hartwic, Wdalricus, Amelricus, Rûpertus.

PAUL 8 (2, 47)

(1202) März 23, Lateran

Papst Innozenz [III.] bestätigt dem Abt [Ulrich I.] und dem Konvent von St. Paul die Kapelle [St. Georgen] am Remschnigg (w. Marburg), die Erzbischof E(berhard) [II.] von Salzburg dem Kloster zugewiesen hatte.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 352 (A). — Abschrift 15. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 3/0, fol. 90r (B).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1202_III_23/charter (samt Bulle).

Edd.: Chmel, Studien (SB Wien 27, 1858), S. 37 Anm. 2 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 76–77 Nr. 47 (aus A). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 9–10 Nr. 1531 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 120 Nr. 620, zu März 21. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 141 Nr. 1645. — Potthast, Reg. pont. Rom. II (1875), S. 2045 Nr. 1647a–25494. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 106–107

Nr. 33 (Auszug). — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 15–16 Nr. 21. — Santifaller, *Österr. Staatsarchiv (Studi e Testi 165, 1952)*, S. 165, 328 Nr. 35. — Battelli, *Schedario Baumgarten* (1965), S. 27 Nr. 104. — Hilger, *Papsturkunden (FRA II/83, 1991)*, S. 11–12 Nr. 14.

Lit.: Lamprecht, *Besitz auf dem Remschnik (Car I 147, 1957)*, S. 335. — Murauer, *Papsttum und Salzburg* (2012), S. 403.

Die Zuweisung durch den Erzbischof war am 27. August 1201 erfolgt = Urkunde Nr. PAUL 6.

Bulle. Siehe *monasterium*.

Ediert nach A.

‡ Innocentius ‡ episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et capitulo sancti Pauli salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu cappellam in Rems nich^{a)}, sicut eam venerabilis frater noster E(berhardus) Salseburgensis^{b)} archiepiscopus de assensu tam capituli sui quam . . plebani eiusdem ecclesie monasterio vestro concessit et vos eam iuste ac pacifice possidetis, auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat.^{c)} Laterani, X kal. april., pontificatus nostri anno quinto.

^{a)} snich auf Rasur A. — ^{b)} A. — ^{c)} Ab hier zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A.

PAUL 9 (2, 36)

[um 1180 – spätestens 1204 August 13]

Kunigunde von Haus am Bacher (s. Marburg) übergibt dem Kloster St. Paul mit Erlaubnis des Herzogs [Berthold IV.] von Meranien sowie mit Zustimmung ihres Mannes und ihrer Brüder fünf Huben in Tresternitz (w. Marburg) sowie einen Weinberg; sie und ihre Brüder erhalten dafür acht Mark.

Hss.: Aufzeichnung 1. Viertel 13. Jh. in St. Paul, StA, Hs. 2/0, fol. 18v cap. 71 (B).

Edd.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 54–55 Cap. 71 (aus B), zu nach 1181. — Zahn, StUB II (1879), S. 65–66 Nr. 36 (aus B), zu ca. 1200. — Jaksch, MDC III (1904), S. 480 Nr. 1272 (aus B), zu 1181–1204.

Reg.: Kos, *Gradivo IV* (1915), S. 333–334 Nr. 654, zu 1181–1204. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 63 Nr. 36, zu ca. 1200.

Lit.: Kovačič, Doneski (ČZN 15, 1919), S. 69, zu 1200.

Zur Identifizierung des Herzogs von Meranien als Berthold IV. siehe Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 55 Anm. 3, und Jaksch, MDC III, S. 480 Anm. 1. Terminus ante quem ist

dessen Tod, der in einigen Nekrologen zum 12., in anderen zum 13. August sowie sowohl zu 1203 als auch zum Jahr 1204 verzeichnet ist, siehe im Detail Oefele, Grafen von Andechs (1877), S. 28. Vgl. auch Appelt, Berthold IV. (1955), S. 151, Schütz, Andechs-Meranier (1998), S. 30, und Hucker, Königsmord (1998), S. 120, die als Todestag den 12. August 1204 angeben. Siehe auch Bosl, Andechs-Meranien (1963), S. 14, Pietsch, Bischof Eckbert (1963), S. 56, Hofmann, Familienbild (1963), S. 74, Neidinger, Herzöge von Meranien (1963), S. 84, Schneidmüller, Andechs-Meranier (1998), S. 62, Eickels, Andechs-Meranier (1998), S. 146, Suckale-Redlefsen, Buchkunst (1998), S. 248, mit der Jahresangabe 1204. Takács, Fragmente (1998), S. 103, hingegen führt als Todesjahr 1205 an, Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 55 Anm. 3, gibt als Todestag den 11. August 1206 an. Der hier angeführte terminus ante quem entspricht dem spätestmöglichen Termin nach den voneinander abweichenden Angaben in den Nekrologen. Der bei Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 54, Jaksch, MDC III, S. 480, und Kos, Gradivo IV, S. 333, angeführte terminus post quem 1181 bezieht sich auf die Verleihung der Herzogswürde an Berthold IV. (vgl. Bosl, Andechs-Meranien, S. 14, Heid, Andechs-Meranien [1963], S. 30, mit der Jahresangabe 1180, Hofmann, Familienbild, S. 74, „um 1180“), der laut Oefele, Grafen von Andechs, S. 72, jedoch erst ab 1183 in den Quellen als Herzog von Meranien erscheint, vgl. auch Neidinger, Herzöge von Meranien, S. 83. Ediert nach B.

Domine Chunig(unde) et fratribus eius de castro quod dicitur Hūs dedimus VIII marcas pro V mansis, qui sunt Treztoniz, et vinea una, quos ipsa delegavit monasterio sancti P(auli) licentia ducis Merenie et consensu mariti et fratrum suorum tali pacto, ut ipsa in vita sua usu fructu potiatetur et nos unum de mansis in tenuto nostro teneamus.

PAUL 10 (P 28)

[1192 ca. Juni – vor 1211]

Abt Ulrich [I.] von St. Paul widmet gemeinsam mit dem Konvent die Einkünfte des [1187] von Otto von Trixen um 60 Mark gekauften Gutes Zeckerndorf (bei Saldenhofen) an der Drau zu einem Jahrtag am 9. Juli für alle Verbrüderten. Dazu gibt Otto aus Eigenem noch zwei Huben zu besonderem Gebet für sich und zum Gedenken an seinen miles Friedrich.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 301 (A).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1192.2/charter> (samt Hängesiegel), zu nach 1192.

Edd.: Jaksch, MDC III (1904), S. 541–543 Nr. 1413 (aus A), zu ca. 1193, mit S. XXXII.

Reg.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 96–97 Nr. 24, zu nach 1192. — (Ankershofen), Verzeichniß II (AVGT 2, 1850), S. 144 Nr. 538, zu 1198. — Kos, Gradivo IV (1915), S. 416–417 Nr. 832 (Auszug), zu ca. 1193. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 23–24 Nr. 28 (Auszug), zu um 1193.

Lit.: Mravljak, Vuzenica (1928), S. 66. — Mravljak, Dravograd I (1932), S. 11, 22, zu ca. 1193. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 122 (Anm. 318), zu etwa 1193. — Zehetmayer, Vogtei und Herrschaftsausbau (2019), S. 237 Anm. 69, zu um 1193.

Der seit Jaksch in der Forschung übliche Zeitansatz zu ca. 1193 richtet sich vermutlich vorrangig nach dem unter den Zeugen an erster Stelle genannten Archidiakon Meinhalm. Laut Hübner, Archidiakonats-Einteilung (MGSL 45, 1905), S. 59 (vgl. auch Jaksch, MDC IV/2 [1906], Register S. 955), ist Meinhalm, Pfarrer von Völkermarkt und Dekan von Friesach ab 1184 in dieser Position zu finden, der letzte namentliche Beleg stammt von November 1205 (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III [1918], S. 64–65 Nr. 584). Wie bereits Hübner, Archidiakonats-Einteilung (MGSL 45), S. 60, festhält, kann allerdings nicht eindeutig festgestellt werden, ob es sich bei dem in Urkunde Nr. VIKT 9 aus dem Jahr 1210 nicht namentlich genannten Archidiakon noch um Meinhalm oder schon um Konrad (von Disentis) handelt, der ab 1211 [ca. Juli] (= Urkunden Nr. SAEB 10 und Nr. SAEB 11) namentlich als Archidiakon belegt ist, siehe Hübner, Archidiakonats-Einteilung (MGSL 45), S. 59. Terminus post quem ist der Amtsantritt Abt Ulrichs I. von St. Paul, siehe „Begleitende Untersuchungen 3“.

Die weiteren genannten Personen erlauben keine nähere Eingrenzung: Otto I. von Trixen ist bis 1239 zu finden, siehe Jaksch, MDC IV/2, Stammtafel IX (mit der Angabe 1164–1239); Härtel, Otto „de Trusso“ (1997), S. 202 (ebenso mit 1164–1239); vgl. auch Hausmann, Otakare (1980), S. 230 (mit der Angabe „ca. 1183–1237“, ebenso Kos, Burg [2006], S. 320), der darauf hinweist, dass Otto „seit 1213 zumeist das Prädikat ‚von Drauburg‘ [führt]“. Gottfried II. von Trixen findet sich von 1164 bis 1218, siehe Jaksch, MDC IV/2, Tafel IX. In eben jener Stammtafel findet sich zu der Mutter der beiden, Mathilde, die in erster Ehe mit Siegfried II. von Lebenau und in zweiter Ehe mit Heinrich I. von Trixen verheiratet war, die Angabe „1164–ca. 1200“ (daher wohl auch der Zeitansatz 1193–1200 zur Schenkung einer Hube am Wallersberg durch Mathilde an St. Paul, siehe Jaksch, MDC III, S. 551 Nr. 1428). Zu Mathilde siehe auch Hausmann, Grafen zu Ortenburg (OG 36, 1994), S. 19. Dass sie in dem vorliegenden Stück nicht als bereits verstorben angesprochen wird, scheint bereits insofern wenig aussagekräftig, da sie lediglich im Zusammenhang mit dem ursprünglichen Kauf genannt wird. Der Priester Gerwicus findet sich laut Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), Register S. 562, auch noch am 8. Mai 1217 als Zeuge (Edd. ebd., S. 67 Cap. XCIII), vgl. Jaksch, MDC IV/2 (1906), Register S. 877, und Kos, Gradivo IV, Register S. 522, die keine weiteren Belege führen. Konrad und Dietmar von Griffen (siehe Jaksch, MDC IV/2, Register S. 810, 822) treten noch 1216 gemeinsam als Zeugen auf (Edd. in Jaksch, MDC IV/1, S. 82 Nr. 1727). Die einzige datierte Urkunde, in der Hugo von Heunburg belegt ist, stammt vom 15. Juni 1195 (Edd. in Jaksch, MDC III [1904], S. 565 Nr. 1452), jene Traditionsnotizen, in denen er des Weiteren erwähnt wird, lassen sich nicht genau datieren, siehe Jaksch, MDC IV/2, Register S. 921 und Nr. PAUL 28. Letzteres gilt auch für Reinbert von Unterdrauburg und seinen Schwiegersohn Albertus, siehe Jaksch, MDC IV/2, Register S. 991. Friedrich von St. Thomas ist noch 1245 belegt (Edd. in Jaksch, MDC IV/1, S. 320–321 Nr. 2293), Berthold von St. Thomas jedoch nur in der vorliegenden Urkunde (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 552; Kos, Gradivo IV, Register 609; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 766). Keine weiteren Belege außer der vorliegenden Urkunde finden sich für die Priester

Leopold (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 571; Kos, Gradivo IV, Register 571) und Gottfried (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 562; Kos, Gradivo IV, Register 526), den scolasticus Abel (siehe Jaksch, MDC IV/2, Register S. 730; Kos, Gradivo IV, Register S. 485), Otto von Rinkenbergr (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 582; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 979; Kos, Gradivo IV, Register 625), Wernhard und Otto von Salchendorf (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 583; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 1008), Dietrich von Mitrenburch (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 576; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 823; Kos, Gradivo IV, Register 567), Heinrich von Kreuzenbach (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 549; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 904; Kos, Gradivo IV, Register 589), Engelbert von Trixen (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 554; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 832; Kos, Gradivo IV, Register 617) und Wilhelm von Unterdrauburg (siehe Schroll, UB St. Paul, Register S. 553; Jaksch, MDC IV/2, Register S. 1044; Kos, Gradivo IV, Register 512).

Zum steirischen Ministerialen Otto I. von Trixen siehe im Detail Hausmann, Otakare, S. 230; Härtel, Otto „de Trusso“, S. 202–203; Kos, Burg, S. 320 (hier als Otto II. geführt).

Die Identifizierung von Zecasen als Zeckerndorf bei Saldenhofen an der Drau folgt Pirchegger in StUB Erg., S. 23, Kos, Gradivo IV, Register S. 601, und Blaznik, Historična topografija 2 (1988), S. 271. Die Traditionsnotiz über den Verkauf des Gutes durch Otto von Trixen an das Kloster im Jahr 1187 ist gedruckt bei Jaksch, MDC III (1904), S. 501–502 Nr. 1335, und Pirchegger in StUB Erg., S. 23 Nr. 27. Zur Vogtei über das Gut siehe auch Urkunde Nr. PAUL 34.

1. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Abt Ulrichs an gedrehter Schnur. 2. Hängesiegel Ottos von Trixen an gedrehter Schnur. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

† In nomine sancte et individue trinitatis amen. Operationis sancte propositum nulla debet occasio prepedire, immo bonarum mentium studio ac favore id equum est propagare. Innotescat igitur tam posteris quam presentibus, quod ego Vlricus dei miseratione abbas sancti Pauli Lavent predium quoddam Zecasen super Trahum fluvium situm, quod a domino Ottone de Truhsen ego et fratres mei LX marcis comparavimus ipsumque specialiter matris sue domine Mahthildis comitisse de Livbenöwe fuit, quod et ipsa pre aliis natis suis singulariter eidem O(ttoni) filio suo contulit, illud inquam predium a prefato O(ttone) prememorata pecunia nobis venditum et manu ac voluntate omnium fratrum suorum et filiorum suorum nobis stabilitum et ratum factum annuales proventus ipsius predii in opus misericordie divina moniti aspiratione assensu et consilio capituli nostri annuatim expendendum ordinavimus, scilicet ut in cuiuslibet anni revolutione in septima idus iulii pro salute vivorum et pro remedio defunctorum ad nostram fraternitatem pertinentium generalis pro eis fiat elemosina, ut, si^{a)} quid forte per tocius anni circulum in nostris elemosinis minus erogatum fuerat, talis celebratione elemosine suppleatur. Ad^{b)} augmentum autem huius elemosine dominus Otto duos mansus ex propria possessione consensu natorum suorum monasterio contulit ac^{c)} in re videlicet, ut pro eo fiat specialis oratio et pro anima Friderici militis^{d)} digna commemoratio et quicquid^{e)} idem O(tto) in eodem predio iuris per iudicationem vel per advocatiam habebat, gratia illius elemosine indulisit. Ne autem^{f)} huius negotii memoria processu temporis evanescat et ne a nostre sedis successoribus tante institutio sanctitatis deponatur, presentem

paginam sigillo nostro et sigillo predicti O(ttonis) roboravimus. Statuimus quoque, ut quilibet sacerdotum nostri collegii ea die missam celebret in qua sit prima oratio: „Deus venie largitor“, secunda vero oratio: „Deus cuius misericordie“, et postea quantocius poterit, duas missas pro eisdem defunctis predicto tenore celebrabit. Qui vero sacerdotio non funguntur, spalterium^{g)} dicant, ignorantes vero spalterium^{g)} centum et quinquaginta „Pater Noster“ dicant. Quod si quis preoccupatus aliquo negotio seu infirmitatis necessitate detentus fuerit, dum occupatione vel infirmitate absolvetur, quod prius neglexit eodem tenore quo alii statuto satisfecerunt, ipse supplebit. Predictum autem predium acommoditate^{h)} adepti sumus, ut coloni nostri tam exeundo quam redeundo pascuis, pratis, silvis et quibuslibet utilitatibus libere pociantur. Huiusⁱ⁾ rei testes sunt Menhalmus archidiaconus, Gervuicus prespiter^{j)}, Lewpoldus presbiter, Gotfridus presbiter, Abel scolasticus, Gotfridus frater domini Ottonis, Chunradus et frater eius Dietmarus de Griven, Hûgo de Hvnbvrrch, Otto de Rinkenberch, Reimbertus de Traherch, Albertus gener suus, Wernhardus de Salchendorf, Otto frater eius, Dietricus de Mitrenburch, Heinrichus de Chreuzenbach^{k)}, Fridericus et frater eius Pertoldus de sancto Thoma, Engelber de Trvhsen, Willehalmus de Traberch, Sifridus, Morhardus, Lienhardus, Wlfingus.

a) si über der Zeile nachgetragen A. – b) Vor Ad Rasur A. – c) ac statt hac A. – d) militis über der Zeile nachgetragen A. – e) c verbessert aus begonnenem q A. – f) Vor autem Rasur A. – g) spalterium statt psalterium A. – h) acommoditate statt hac commoditate A. – i) Ab Huius andere Hand A. – j) A. – k) Ch durch Fleck auf Pergament kaum lesbar A.

PAUL 11 (2, 191)

Unecht

1211 [Ende], Leibnitz/[1212] Jänner 2, Graz

Herzog Leopold [VI.] von Österreich und Steier bestätigt dem Kloster St. Paul auf Bitte des Abtes Ulrich [I.] die dem Kloster einst von Herzog Heinrich [IV.] von Kärnten geschenkten Besitzungen zu Hollern und Maria Rast (beide bei Marburg) samt allem Zubehör (von der Höhe des Bacher-Gebirges bis zur Drau), wie sie diese seit Markgraf Otakar [III. von Steier] ruhig besaßen, sowie die niedere Gerichtsbarkeit und das Blutgericht, das auf diesen Gütern bis zum Bach Lobnitz (bei St. Lorenzen) dem steirischen Herzog, von der Lobnitz an bis zum Bach Wölka (nö. Mahrenberg) dem Kloster gehört. Er bestimmt, dass sich von der Lobnitz an bis zur Wölka niemand Vogtei- und Gerichtsrechte anmassen dürfte und untersagt die Einhebung von landesfürstlichen Steuern auf denselben, außer die für die Dauer der Anwesenheit des steirischen Herzogs in Marburg abzuliefernden Eier und Hühner. Er erlaubt, dass die Klosterhörigen von St. Lorenzen in der Wüste (bzw. am Bachern, sw. Marburg) dort Notwendiges kaufen oder verkaufen dürfen, verbietet aber dem Kloster, dort Maut und Zoll einzuheben. Er bestätigt, für diese Vergünstigungen vom Kloster zwei Huben unter der Burg Marburg, sieben dem Kloster einst vom verstorbenen Grafen Siegfried [von Lebenau?] geschenkte Huben zu Radkersburg und Eigengut zu Luttenberg (ö. Marburg) erhalten zu haben. Außerdem sichert er seinen Leuten das Holzrecht in dem dem Kloster gehörigen Drauwald (w. Marburg) in genannten Grenzen zu.

Hss.: Angebliches Original in Wien, HHStA, AUR 473 (A). — Insert (A) in Urkunde 1269 August 20, Graz, Bischof Bruno von Olmütz, in St. Paul, StA, Urkunde Nr. 49a (B). — Insert (A, interpoliert) in Urkunde 1334 September 7, Wien, Herzog Albrecht II. von Österreich und Steier, in Wien, HHStA, AUR 6356 (C). — Abschrift 15. Jh. (A, interpoliert) in St. Paul, StA, Hs. 3/0, fol. 105v–106v (D).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1222_I_02/charter (samt Hängesiegel), zu 1222 Jänner 2. — <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1071/charter> (= B). — https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1334_IX_07/charter (= C).

Edd.: Mayer, *Spicilegium* (AKÖGQ 6, 1851), S. 309–311 Nr. 11 (aus A), zu 1221 Dezember 29. — Zahn, *StUB II* (1879), S. 274–277 Nr. 191 (aus A), zu 1222 Jänner 2, Graz. — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 123–126 Nr. 1834 (aus A B C), zu 1221 November, Leibnitz/1222 Jänner 2, Graz. — Fichtenau/Zöllner, *BUB I* (1950), S. 237–240 Nr. 178 (aus A B C), zu 1211 Jänner 2, Graz, mit Fichtenau/Zöllner, *BUB II* (1955), S. 356–357 Nr. 507 (Druck der A erwähnenden Stelle aus der Urkunde von 1248 Juli 27, Marburg). — Mlinarič, *Gradivo I* (1975), o. S. Nr. 49 (aus A), zu 1211 Jänner 2.

Reg.: Neugart, *Historia II* (1854), S. 23 (Auszug), zu 1211 Jänner 4. — Meiller, *Reg. Babenberger* (1850), S. 129–130 Nr. 173, mit S. 259–260 Nr. 396, 397, zu 1222 Jänner 2. — Tangl, *Grafen von Pfannberg I* (AKÖGQ 17, 1857), S. 253, zu 1222 Jänner 2. — Tangl, *Grafen von Heunburg* (AKÖGQ 19, 1858), S. 94, zu 1222 Jänner 2. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 22, 1860), S. 358–386 Nr. 785, zu 1222 Jänner 2. — Schroll, *UB St. Paul* (FRA II/39, 1876), S. 114–115 Nr. 45, zu 1222 Jänner 2 (Auszug), mit S. 223 Nr. 213. — Oefele, *Grafen von Andechs* (1877), S. 203 Nr. 640, zu 1222 Jänner 2. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 181–182 Nr. 349, zu 1221 November/1222 Jänner 2. — Pirchegger in *StUB Erg.* (1949), S. 64 Nr. 191.

Lit.: Muchar, *Geschichte der Steiermark V* (1850), S. 92, zu 1221. — Brunner, *Exemptionsrecht* (SB Wien 47, 1864), S. 380, zu 1241. — Ladurner, *Albert III.* (ZF 3 H. 14, 1869), S. 45, zu 1222 Jänner 5. — Felicetti, *Steiermark I* (BKStGQ 9, 1872), S. 56, zu 1221 Dezember 21. — Felicetti, *Steiermark II* (BKStGQ 10, 1873), S. 102, zu 1222. — Lampel, *Landesgrenze 1254* (AfÖG 71, 1887), S. 351, zu 1222. — Krones, *Verfassung* (1897), S. 128–129, 149–150, zu 1222 Jänner 2. — Handel-Mazzetti, *Waltenstein und Eppenberg* (JbMusFrCar 67, 1909), S. 66, zu 1222 Jänner 2. — Dopsch, *Landesfürstliche Gesamturbare* (1910), S. XCV, 48 Anm. 3. — Kovačič, *Doneski* (ČZN 15, 1919), S. 46, 67, 77–78, 79, zu 1222. — Pirchegger, *Geschichte der Steiermark I* (1920), S. 397, zu 1222. — Kovačič, *Zgodovina Lavantinske škofije* (1928), S. 113, zu 1222. — Vatovec, *Pravosodstvo* (ČZN 26, 1931), S. 92, zu 1221/22. — Hoffer, *Forstamt* (ZHVSt 26, 1931), S. 271, zu 1211. — Lamprecht, *Besitz auf dem Remschnik* (Car I 147, 1957), S. 336, zu 1221/22. — Sitar, *Abtei im Paradies* (2000), S. 18, zu 1221/22.

Bei der vorliegenden Fälschung handelt es sich um eine Nachzeichnung eines einst vorhandenen, vom Gurker Schreiber Gebeno verfassten und geschriebenen Originals, siehe Jaksch, *MDC IV/1*, S. 123; Fichtenau/Zöllner, *BUB I*, S. 237. Dieses Original wurde 1248 noch Heinrich von Rohitsch vorgelegt, siehe dessen Urkunde bezüglich des Streites um das Blutgericht in St. Lorenzen vom 27. Juli 1248, Marburg (Edd. in Jaksch, *MDC IV/1*, S. 361–362 Nr. 2380; Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT->

[StiAStP/UK/1040/charter](#)). In der Urkunde Bischof Brunos von Olmütz vom 20. August 1269, Graz (Edd. in Appelt/Pferschy, StUB IV [1975], S. 209–210 Nr. 209) bezüglich des erneuten Streits um das Blutgericht ist bereits die vorliegende Fälschung inseriert, die möglicherweise erst für diese Gelegenheit hergestellt wurde, vgl. Appelt/Pferschy, StUB IV, S. 209. Diese Fälschung wurde nach 1269 des Weiteren an sechs Stellen (siehe Anmerkungen f, g, h, i, j, m zum Text) mittels Rasuren und Korrekturen interpoliert und findet sich so als Insert in der Urkunde Herzog Albrechts II. von 1334 September 7, Wien (Reg. in Lichnowsky, Habsburg III [1838], S. 421 Nr. 984; Schroll, UB St. Paul [FRA II/39], S. 223 Nr. 213).

Von der Annahme ausgehend, dass es sich bei dem vorliegenden Stück um keine Fälschung handle, argumentieren Meiller, Reg. Babenberger, S. 260 Anm. 397, Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 22), S. 359, und Zahn, StUB II, S. 295, dass die Angabe des Inkarnationsjahres irrig sei und 1221/1222 gemeint sein müsse, da die Zeugen (u. a. Bischof Karl von Seckau und Propst Bernhard) nicht zum Jahr 1211 passen. Laut Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 238, hat der Verfasser der zwischen 1248 und 1269 hergestellten Fälschung „nicht nur die formellen Bestandteile der Datierung, sondern auch die Tagesangabe“ vermutlich aus einer ebenfalls von Gebeno geschriebenen echten Urkunde Herzog Leopolds bezüglich eines Gütertauschs mit Heinrich von Trixen (= Urkunde Nr. LAND 2) übernommen. In letzterer sind allerdings, abweichend von der vorliegenden Fälschung, das Jahr MCCXXI sowie als Handlungs- bzw. Ausstellungsort Graz und Friesach angegeben. Aus welchem Grund sich der Fälscher entschieden haben könnte, für die Datierung nicht die danach vernichtete echte, sondern eine andere herzogliche Urkunde heranzuziehen, führen Fichtenau/Zöllner nicht aus. Für die Annahme, dass der Fälscher für die Datierung auf jene von Fichtenau/Zöllner angeführte Urkunde zurückgegriffen hat, spricht jedoch, dass die Zeugenreihen in dieser und der vorliegenden Fälschung wortwörtlich übereinstimmen. Nicht gänzlich auszuschließen ist auch, dass der Fälscher Datierungsangaben aus der danach vernichteten echten Urkunde und der von Fichtenau/Zöllner angeführten Urkunde vermischt hat. Dafür, dass die verlorene echte Urkunde tatsächlich bereits 1211 von Gebeno, „der schon 1203 tätig war“ (Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 238), ausgestellt worden sein könnte, spricht das an der Fälschung angebrachte Siegel, welches wahrscheinlich im Zuge der Herstellung der Fälschung von der bei dieser Gelegenheit vernichteten echten Urkunde übernommen wurde. Dieses entspricht „dem von 1207–1212 verwendeten Siegeltyp“, Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 238, siehe auch Jaksch, MDC IV/1, S. 126; Fichtenau/Zöllner, BUB II, S. 357. Ob sich der Herzog tatsächlich Ende 1211/Anfang 1212 in Leibnitz bzw. Graz aufgehalten hat, lässt sich anhand seines Itinerars weder belegen noch ausschließen. Am 18. Juli 1211 urkundete er in Graz, am 22. April 1212 in Enns, siehe Meiller, Reg. Babenberger, S. 107–109.

Der Rechtsinhalt der vernichteten echten Urkunde ist anhand der Erwähnung in der Urkunde von 1248 Juli 27, Marburg, nicht zweifelsfrei erschließbar. Jaksch zeigt in seinem Druck die von ihm als unecht angenommenen Stellen durch Winkelklammern an, Pirchegger in StUB Erg., S. 64 Nr. 191, hingegen meint, „die von Jaksch als Fälschung hingestellten geographischen Bestimmungen“ seien „unbedenklich“ und sieht den Fälschungsgrund einzig im Blutgericht.

Hängesiegel Herzog Leopolds (Jaksch: Stempel 3; Fichtenau/Zöllner: Typus 26 und 27) an, laut Jaksch, MDC IV/1, S. 126, und Fichtenau/Zöllner, BUB I, S. 238, grünen Seidenfäden. Siehe monasterium.

Ediert nach A, mit Ausweis der wesentlichen Abweichungen in B und der nach 1269 erfolgten Interpolation nach C und D. Die von Jaksch als unecht angesehenen Stellen werden ihm folgend ausgewiesen. Die Edition der Erwähnung des verlorenen Originals in der Urkunde von 1248 Juli 27, Marburg, erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).

[*Erwähnung der verlorenen echten Urkunde in der Urkunde von 1248 Juli 27, Marburg:*]

[. . .] Nam patris mei temporibus venerabilis pater tunc abbas monasterii sancti Pauli loci predicti ab illustre viro domini Livpoldo bone memorie duce Austrie et Styrie collationem per illustrem dominum Heinricum olim ducem Karinthie de prefatis bonis cum iure advocatie et iudicio sanguinis ad omni prorsus libertate et utilitate eidem monasterio factam iuxta terminos adnotatos petiit et obtinuit sollempniter confirmari [. . .]

[*Text der Fälschung (A):*]

‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡. Nos Liupoldus dei gratia dux Austrie et Styrie venerabilibus in Christo domino Wlrico abbati sancti Pauli eiusque successoribus salutem in perpetuum. Si loca religiosa et pia, in quibus nomen domini piis obsequiis iugiter exaltatur, in his, que humiliter petuntur a nobis, ampliare studemus, et gratum per hoc deo prestare obsequium et anime nostre credimus procurare profectum. Presentata^{a)} siquidem nobis vestra peticio, per quam nobis humiliter supplicastis, continebat, ut collationem vobis et monasterio vestro per illustrem virum dominum Hainricum olim ducem Karinthie factam de bonis Holern et Röst cum earundem villarum appendiciis cultis et incultis, scilicet a descensu aquarum ymbrium a summitate montis qui^{b)} Pocher^{c)} dicitur usque in Trauum fluvium^{d)}, in quibus bonis iudicium sanguinis usque ad rivum, qui minor Lubenz vocatur, ad nos dicitur pertinere, et ab eodem rivo usque in rivum Welik collationem per eundem ducem cum iudicio sanguinis, quod ad eum pertinebat, ac omni prorsus utilitate seu libertate vobis ac monasterio vestro traditam a summitate alpium iuxta descensus predictarum aquarum ymbrium^{e)}, cultis et incultis, acquisitis et acquirendis, venationibus, aquis et aquarum decursibus, seu cum omni prorsus iure ac qualibet libertate ad prefatum ducem spectante, et que nobis ac nostris heredibus a sepedicto rivo Lybenz usque in rivum Welik posset aliquantulum provenire, confirmare ac vobis ea per nos conferre et concedere curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus favorabiliter annuentes concessionem seu collationem super predictis omnibus iuxta adnotatos superius terminos vobis factam, eò etiam, quod predicta libertates et iura a tempore felix memorie domini Otakari marchionis sine interruptione usque nunc vos confitemur et novimus possedisse, eius retributionis intuitu, qui aufert spiritum principum et potens est depositum hominis servare in illum diem, non solum ratam habentes et gratam, verum etiam nostra auctoritate, nostri et heredum nostrorum nomine pro maioris cautele beneficio presenti privilegio per omnia propria hilaritate vobis et monasterio vestro ducimus conferenda statuentes, ut a sepedicto rivo Lubenz usque in rivum sepefactum Welik nullus presumat advocati aut iudicis aut etiam alicuius executoris nomen aut officium usurpare, solo hoc dumtaxat excepto, quod dampnandi ad mortem per vestrum iudicem, omni vobis rerum ipsorum utilitate reservata, ultra prenomatum rivum Lubenz, si^{f)} cum cautela fieri poterit,

teneantur nostris iudicibus tamquam sentencie executoribus presentari. Firmiter insuper inhibemus, ne quis predictorum ac aliorum nostrorum iudicum in prefatis villis Holern et Röst aut aliis bonis vestris preter illa que nobis Marpurh existentibus certo numero et temporibus in ovis et pullis consueverunt actenus ministrari, ullatenus^{g)} audeat de cetero perturbare. Liceat quoque vobis in predio vestro predicto ad sanctum Laurentium, ut rustici vestri ibidem^{h)} emant et vendant que ad suaⁱ⁾ noscuntur necessaria et utilitatem^{j)} pertinere. Questum tamen m̃vte sive thelonei ibidem penitus inhibemus, ne per questum huiusmodi dampnum nobis Marpurk in nostris officiis procuretur. In cuius gratie seu benivolentie nostre recompensationem protestamur nos recepisse a vobis et monasterio vestro duos mansos sub castro Marpurch et alios septem iuxta Rakerspurch, quos comes Sifridus dedit ecclesie vestre, proprietates quoque predii vestri iuxta L̃vtenwerde, quas nostri ministeriales feudali tytulo prius a vobis et a vestris predecessoribus possidebant. Insuper licebit hominibus nostris habere usum lignorum in Trawalt silva vestra ab uno latere usque^{k)} locum, ubi rivus Welik in Trauum fluvium habet descensum, ab alio vero usque ad montem^{l)} Semernik, ubi illa bona incipiunt, que olim comes Bernhardus vestro noscitur monasterio cum omni utilitate seu etiam^{m)} iudicium sanguinis contulisse, quem usum iuxta defluxus aquarum ymbrium ab utraque parte, ne vestris bonis incommodum inde proveniat, nos cognoscimus acceptasse. A meridiana vero plaga scilicet a summitate collium super prefatum Trauum fluvium usque in vallem, ubi ecclesia sita est, et deinde usque ad summitatem alpium et descensum prenominati rivi minoris Lubenz, sicut antedictum est, culta et inculta, cum omni iure et usu illibata vobis et libera volumus permanere.ⁿ⁾ Sed ne in posterum alicuius argumentosa malivolentia id, quod consentanea nostra et bona voluntate factum est, aliquo pacto in irritum revocetur, presentem paginam sigilli nostri impressione communivimus et subscriptorum testium attestazione roboravimus. Huius vero facti hii sunt testes: Karolus venerabilis episcopus Secowensis, Rüdgerus episcopus de Chiemse, Bernhardus prepositus de Frisaco, Liupoldus notarius ducis Austrie, comes Albertus de Tyrol, Hainricus marchio Hystrie, Meinhardus senior comes de Gorze, item Meinhardus iunior comes de Gorz, comes Wilhelmus de Hünburch, comes Hermannus de Ortenburch, comes Bernhardus de Livbenowe, Wlricus de Peccah, Cholo de Trvhsen, Hartnidus de Orte, Albero pincerna, Berhtoldus dapifer de Emmerberch, Rüdolfus de Rase et alii quamplures.

Actum apud Libenz, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, indictione decima.

Datum vero postea apud Grez, IIII^a non. ianuarii, feliciter amen.

^{a)} P auf Rasur A2. – ^{b)} C; fehlt A2 B D. – ^{c)} Haken über o, vielleicht v oder e A2. – ^{d)} scilicet bis fluvium *unecht laut Jaksch*. – ^{e)} a summitate bis ymbrium *unecht laut Jaksch*. – ^{f)} si vom Interpolator verbessert aus dum A2; dum B; si C; etiam D. – ^{g)} ullatenus vom Interpolator verbessert aus vos ullatenus A2; vos ullatenus B; ullatenus C. – ^{h)} ibidem vom Interpolator auf Rasur A2; inter se B; ibidem C D. – ⁱ⁾ sua vom Interpolator auf Rasur A2; vite B; sua C D. – ^{j)} et utilitatem vom Interpolator verbessert aus tantummodo A2; tantummodo B; et utilitatem C D. – ^{k)} Folgt in B; fehlt A2 C D. – ^{l)} A2 C D; rivum B. – ^{m)} seu etiam vom Interpolator verbessert aus preter A2; preter B; seu etiam C D. – ⁿ⁾ A meridiana bis permanere *unecht laut Jaksch*.

PAUL 12 (2, 131)

[1214 vor Oktober 24]

Propst L(eonhard) von Eberndorf und Pfarrer L. von Leifling (nw. Unterdrauburg) teilen dem Patriarchen W(olfger) von Aquileia als von diesem bestellte Richter im Streit zwischen dem Abt [Ulrich I.] von St. Paul und dem Pfarrer von Kötsch (s. Marburg) um die Kirche St. Lorenzen in der Wüste (bzw. am Bachern, sw. Marburg) mit, dass durch Vermittlung des Priors von Seitz und der Pfarrer von (Windisch-)Graz, Radkersburg und Oberburg sowie des Mönchs C(hunradus) von St. Paul, ein Vergleich erzielt wurde, wonach das Kloster im Besitz der Kirche mit allen Rechten zwischen den Bächen Lobnitz (bei St. Lorenzen) und Wölka (nö. Mahrenberg) verbleibt und den Pfarrer mit einer Mark Einkünfte in der villa Hollern (w. Marburg) entschädigt. Sie bitten den Patriarchen um seine Zustimmung zu diesem Vergleich und um Bestätigung durch sein Siegel.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 427 (A).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1214_X_24/charter (samt Hängesiegel).

Edd.: Orožen, Lavant (1875), S. 392 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 202 Nr. 131 (aus A), zu 1214 vor Oktober. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 74 Nr. 1709 (aus A). — Weiss, Städtewesen (2002), Quellen-CD-Rom (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 14, 1855), S. 128 Nr. 645, zu 1204–1218. — Felicetti, Steiermark I (BKStGQ 9, 1872), S. 57. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 110 Nr. 39. — Kos, Gradivo V (1928), S. 122 Nr. 228. — Bernhard, Geschichte Seiz II (1987), o. S. Nr. R 23. — Mlinarič/Ožinger, Župnija in dekanija Hóce (1982), S. 8.

Lit.: Paschini, Wolfger (MSF 11, 1915), S. 22 Anm. 2. — Kovačič, Doneski (ČZN 15, 1919), S. 46. — Vatovec, Pradvosodstvo (ČZN 26, 1931), S. 90. — Schmidinger, Patriarch (1954), S. 85 Anm. 26. — Mlinarič, Kartuziji Žiće in Jurklošter (1991), S. 53. — Mierau, Vita communis (1997), S. 92. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 80.

Von diesem Streit handeln auch die Urkunden Nr. PAUL 13 und PAUL 14. Durch letztere (= die Bestätigung durch Patriarch Wolfger von Aquileia von 1214 Oktober 24) ist der terminus ante quem gegeben.

1. Hängesiegel Propst Leonhards an Pergamentstreifen. 2. Fragment des Hängesiegels des Pfarrers von Leifling an Pergamentstreifen. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Sanctissimo patri ac domino suo karissimo W(olfkero) sancte Aquiligensis^{a)} sedis patriarche dignissimo L(eonhardus) humilis minister prepositure in Ivn, L. dictus plebanus de Lwelich obedientie orationes ac devoti obsequii sinceros affectus. Cum ex mandato vestro cause, que vertebatur inter abbatem sancti Pauli et plebanum de Chotsse pro ecclesia sancti Laurentii, presideremus, cupientes eandem litem, ut laboribus et expensis parcerent, compositione sedare, utramque partem induximus, quod in arbitros compromiserunt, fide data firmiter promittentes, quicquid arbitrarentur, ratum et firmum sine retractatione habent. Consilio

itaque prudentum, qui presentes aderant, instructi mediatores adhibuimus priorem de Sits et plebanum de Grez et plebanum de Ratcoyspurch et plebanum de Obernburch et dominum C(hunradum) confratrem eiusdem abbatis, quorum prudentia mediante diffinitum est, quod iam sepe dictus abbas reditus unius marce in villa Holarn plebi Chotsse contulit ea de causa, ut monasterium sancti Pauli predictam ecclesiam sancti Lavrentii in nemore cum terminis, cum ecclesiastico iure ac suis attinentiis a rivo Lubniz usque ad rivum Welik de cetero quiete possideret. Quapropter vestre supplicamus paternitati, quatinus pium super hoc eis prebeat assensum et sigillo vestro confirmare dignemini.

^{a)} A.

PAUL 13

[1214 vor Oktober 24]

Die Brüder K(onrad), Pfarrer von Marburg, und U(lrich) von Wildhaus (w. Marburg) teilen dem Patriarchen W(olfger) von Aquileia mit, dass der Streit zwischen dem Abt [Ulrich I.] von St. Paul und dem Pfarrer von Kötsch (s. Marburg) um die Kirche St. Lorenzen in der Wüste (bzw. am Bachern, sw. Marburg) durch die vom Patriarchen delegierten Richter nicht beendet werden konnte, dass man sich aber auf Schiedsrichter geeinigt habe und dass diese befunden hätten, das Kloster solle im Besitz der Kirche verbleiben und der Abt dafür eine Mark Einkünfte übergeben, was auch geschehen ist. Sie bitten den Patriarchen um seine Zustimmung zu diesem Vergleich und um Bestätigung durch sein Siegel.

Hss.: Abschrift 17. Jh. in Wien, ÖNB, Cod. 8574, fol. 17v (B). — Abschrift 18. Jh. in Göttweig, StB, Handschriften Sammlung, Hs. 805 (schwarz)/906 (rot), o. S. (C).*

Edd.: Jaksch, MDC Erg. I–IV (1915), S. 13–14 Nr. 1709 a = 3060 (aus B). — Mlinarič, Gradivo I (1975), o. S. Nr. 52 (nach Jaksch). — Weiss, Städtewesen (2002), Quellen-CD-Rom (nach Jaksch).

Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 123 Nr. 229. — Mlinarič/Ožinger, Župnija in dekanija Hoče (1982), S. 8–9.

Lit.: Mlinarič, Mariborska župnija (ČZN NV 9, 1973), S. 237.

Von diesem Streit handeln auch die Urkunden Nr. PAUL 12 und PAUL 14. Durch letztere (= die Bestätigung durch Patriarch Wolfger von Aquileia von 1214 Oktober 24) ist der terminus ante quem gegeben.

Ediert nach B, mit wesentlichen Abweichungen in C.

Venerabili in Christo patri et domino dilectissimo W(olfkero) dei gratia Aquileiensis ecclesie patriarche C(hunradus) plebanus de Marchpurch et W(dalricus) de Wilthusen fratres fidelis obsequii et reverentie famulatum. Significamus sanctitati vestre, quod, cum^{a)} controversia inter abbatem sancti Pauli et plebem de Chotse super cella sancti Laurentii in Rademel, in qua videlicet controversia ego C(hunradus) plebanus de Marchpurch a vobis et a plebano predictae plebis actor fuerim^{b)} constitutus, coram iudicibus a vobis delegatis terminari non posset, tandem in arbitros convenimus prepositum de Iun et L. plebanum de Zweilich^{c)} et priorem de

Sits et H. plebanum de Greich^{d)} et M(arquardum) plebanum de Ratcoypurch^{e)} et plebanum de Obernburch et C(hunradum) de sancto Paulo, qui diligenti deliberatione arbitrati sunt, quod abbas sancti Pauli conferret plebi de Chotse redditus unius marce eo pacto, ut monasterium ecclesiam^{f)} sancti Laurentii, quam predicta plebs Chotse impetebat, cum terminis ac^{g)} ecclesiastico iure ac^{h)} suis attinentiis a rivo Lubnitzⁱ⁾ usque ad rivum Weltek^{j)} de cetero quiete possideret. Cui arbitrio assentientes prefatus abbas redditus illius marce in villa Holarn plebi assignavit. Eapropter vestre supplicamus paternitati, quatenus pium super hoc prebeat assensum et sigillo vestro confirmare dignemini.

a) in C. – b) fueram C. – c) B C, laut Jaksch statt Lwelich. – d) B C, laut Jaksch statt Grez. – e) Katepurch C. – f) ecclesie C. – g) cum C. – h) in C. – i) Lubritz C. – j) B C; Lesung Welik Jaksch.

PAUL 14 (2, 132)

1214 Oktober 24, Manzano

Patriarch Wolfger von Aquileia bestätigt den Schiedsspruch im Streit zwischen Abt Ulrich [I.] von St. Paul und dem Pfarrer von Kötsch (s. Marburg) wegen der Kirche St. Lorenzen in der Wüste (bzw. am Bachern, sw. Marburg) und trennt die letztere von der Pfarre Kötsch.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 428 (A). — Insert in Urkunde 1255 März 13, Cividale, Elekt Gregor von Aquileia, in Wien, HHStA, AUR 885 (B). — Insert in Urkunde 1257 Juli 7, Cividale, Patriarch Gregor von Aquileia, in Wien, HHStA, AUR 942 (C). — Insert in Urkunde 1257 März 27, Lateran, Papst Alexander IV., in Wien, HHStA, AUR-934 (aus B) (D).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1214_X_24.1/charter (samt Hängesiegel). — http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1255_III_13/charter (= B). — http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1257_VII_07/charter (= C). — http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1257_III_27/charter (= D). — Bernhard, *Doc. patriarchalia* (2006), S. 523 Abb. 17 (nur Siegel des Patriarchen).

Edd.: Zahn, *StUB II* (1879), S. 203–204 Nr. 132 (aus B). — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 74–76 Nr. 1710 (aus A). — Weiss, *Städtewesen* (2002), *Quellen-CD-Rom* (aus A). — Bernhard, *Doc. patriarchalia* (2006), S. 190–192 Nr. P 14 (aus A).

Reg.: Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 19, 1858), S. 207 Nr. 728. — Schroll, *UB St. Paul* (FRA II/39, 1876), S. 111 Nr. 40. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 123–124 Nr. 230. — Puschnig, *Urkundenwesen* (1933), S. 15 Nr. 90. — Mlinarič/Ožinger, *Župnija in dekanija Hóce* (1982), S. 9. — Bernhard, *Geschichte Seiz II* (1987), o. S. Nr. R 24. — Härtel, *Wolfger* (1994), S. 192–193 Nr. WA 39.

Lit.: Orožen, *Lavant* (1875), S. 393. — Felicetti, *Steiermark II* (BKStGQ 10, 1873), S. 103. — Kalkoff, *Wolfger* (1882), S. 146. — Stepischneegg, *Seiz* (1884), S. 16. — Paschini, *Wolfger* (MSF 11, 1915), S. 22 Anm. 2. — Rauch, *Erwerbung* (ZRG GA 38, 1917), S. 278 Anm. 1. — Kovačič, *Doneski* (ČZN 15, 1919), S. 46. — Schmidinger, *Patriarch* (1954), S. 85 Anm. 26. — Gut, *Kirchliche Verhältnisse* (1991), S. 445. — Mlinarič, *Kartuziji Žiče in Jurklošter* (1991), S. 53. — Höfler, *O prvih cerkvah* (2016), S. 140, 312.

Die Angabe der Indiktion XV setzt den römischen Berechnungsmodus voraus, siehe auch Rauch, Erwerbung, S. 278 Anm. 1.

Von diesem Streit handeln auch die Urkunden Nr. PAUL 12 und PAUL 13.

Hängesiegel Patriarch Wolfgers (Jaksch: Siegel 2) an, laut Jaksch, MDC IV/1, S. 76, und Bernhard, Doc. patriarchalia, S. 192, Hanfschnur. Siehe monasterium sowie die Abbildung bei Bernhard, Doc. patriarchalia, S. 523 Abb. 17.

Ediert nach A.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Si quid de consensu et voluntate parcium super aliqua controversia fit causa pacis et tranquillitatis, digne scriptis memorie futurorum cum diligencia commendatur. Eapropter nos Wolfkerus dei gracia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha universis tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod cum nobis divina miseracione Aquilegensem ecclesiam regentibus controversia inter dilectum in Christo fratrem nostrum Wolricum abbatem monasterii sancti Pauli de Lauint ex una parte verteretur, et plebanum de Chosse dilectum filium nostrum ex altera, super ecclesia seu cella sancti Laurencii in nostra diocesi, in heremo videlicet que dicitur Radimlach sita, et dictus plebanus plures nobis querimonias super eadem prefatum abbatem impetens proposuisset, plurimique termini partibus dictis per iudices summi pontificis et nostros super controversia eadem ad petitionem nominati plebani constitutos^{a)} fuissent legitime locati, nec quicquam inter eos diffinitum fuisset, tandem Christo persuadente, qui auctor est pacis, utraque pars, ut laboribus et expensis, que eis imminebant, parcerent, concorditer et voluntarie arbitros elegerunt et in ipsos unanimi voto compromiserunt, laudantes firmiter, quicquid arbitri inter eos statuerent, sine fraude se in perpetuum observaturos. Qui tandem arbitri, videlicet prior de^{b)} Sits, plebanus de Grez, plebanus de Ratcoyspurch, plebanus de Obernburch et dominus C(hunradus) eiusdem abbatis confrater multorum sapientum habito consilio et diligenti adhibita deliberacione receptaque fide a partibus, quod firmum haberent quicquid arbitrarentur^{c)} super nominata cella sancti Laurencii arbitrati sunt et statuerunt, quod sepe dictus abbas redditus unius marce in villa que dicitur Holarn nominatim plebi de Chosse nomine sui monasterii conferret et ecclesiam sepe dictam seu cellam sancti Laurencii cum terminis et pertinenciis eius ac omni iure ecclesiastico a rivo Lubinz usque ad rivum Welik supradictum monasterium sancti Pauli de Lauint sine retractacione partis alterius in perpetuum possideret. Quam compositionem, cum pars utraque ratam semper habere promississet, nam se ad hoc data fide astrinxerat servandum, arbitri dicti de voluntate utriusque partis modum compositionis suprascriptum nobis in litteris sigillis eorum munitis aperuerunt, rogantes humiliter ut eandem compositionem confirmaremus et ratam haberemus. Nos autem omnium ecclesiarum bonum statum desiderantes et adtendentes, quod prefatum monasterium per nostros predecessores dictam cellam per LX annos et ultra possedit in pace, sicut privilegiis antecessorum nostrorum didicimus, ipsorum predecessorum nostrorum more prefatam ecclesiam seu cellam sancti Laurencii a plebe Chosse eximentes, ipsam cellam monasterio sancti Pauli de Lauint tradimus et confirmamus in perpetuum, compositionemque supra scriptam a dictis arbitris factam ratam habemus, piam successorum nostrorum reverenciam monere in domino attente et inducere curantes, ut quod fecimus ratum habeant et confirment. Si quis autem hoc graciae munus infringere presumptuose attemptabit, omnipotenti, cum dies districti iudicii advenerit, committimus iudicandum. Quod ut securius

credatur, hanc cartam inde scribi fecimus et sigilli nostri munimine corroborari. Act. anno domini M^o CC XIII, indictione secunda, octavo die exeunte octubris^{a)}, apud Menzanum in caminata patriarchali, feliciter, sub testimonio istorum rogatorum testium: Hermanni et magistri Tiemonis sacerdotum et Wolungi subdiaconi cappellanorum, Iuliani tabellionis Bononiensis, Iohannis de Zucula, Iacobi de Budrio, Luvisini, Henrici de Fontebono, Wecilonis, Hen(rici) de Maniaco, Conradi de Alrosa ministerialium ecclesie Aquilegensis, Purcardi, Wollini et Alberti servientum patriarche et Erbordi camerarii lecti domini patriarche et aliorum. Ego Wolricus prefati domini patriarche notarius interfui et iussu ipsius hanc cartam scripsi, sigillavi et dedi.

^{a)} A. – ^{b)} Folgt nach Zeilenwechsel nochmals de A. – ^{c)} Folgt inter durch daruntergesetzte Punkte getilgt A.

PAUL 15 (2, 134)

1215 April 12, Lateran

Papst Innozenz [III.] nimmt das Kloster St. Paul unter Abt Ulrich [I.] nach dem Vorbild der Päpste Urban [II.], Innozenz [II.], Alexander [III.] und Lucius [III.] in den päpstlichen Schutz und bestätigt ihm die Rechte und den gegenwärtigen wie künftigen rechtmäßigen Besitz, darunter auch solchen in der Steiermark.

Hss.: Original in St. Paul, StiA, Urkunde Nr. 19 (A).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1018/charter>

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 77–78 Nr. 1716 (aus A).

Reg.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 111 Nr. 41. — Zahn, StUB II (1879), S. 206 Nr. 134 (Auszug). — Kos, Gradivo V (1928), S. 127 Nr. 234. — Hilger, Papsturkunden (FRA II/83, 1991), S. 42–43 Nr. 64.

Lit.: Hausmann, Carinziani (1984), S. 582.

Vorurkunde ist die Urkunde Papst Lucius' III. von 1184 September 21, Verona (Edd. in Jaksch, MDC III, S. 493–495 Nr. 1308; Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1010/charter>). Zu den ebenfalls angesprochenen Urkunden der Päpste Alexander III., Innozenz II. und Urban II. siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. PAUL 5.

Bulle fehlt. Siehe monasterium.

Ediert nach A. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach deren Originalüberlieferung (siehe oben).

‡ Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Wdalrico abbati monasterii sancti Pauli quod in provincia Karintie situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum ‡. Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum beati Pauli monasterium in provincia Karintie situm, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum felicitis recordationis ‡ Vrbani, Innocentii, * Alexandri ‡ * et ‡ Lucii ‡ Romanorum pontificum, quod utique beati Petri iuris existit, sub beati

Petri tutela et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum terris, pratis, pascuis, piscationibus, fluminis Lauenth, monte sancti Iohannis adiacente et aliis omnibus suis pertinentiis, villam quod forum dicitur cum pertinentiis suis, villicationes Piscoesdorph, Stadelarn cum mansis adiacentibus, Framerich, apud Griuen duas curtes cum suis pertinentiis, apud sanctum Philippum et apud sanctum Georgium duas curtes cum decimis et aliis appenditiis suis, Winperch et Sernekkowi cum duabus capellis ibidem positis, vineis et decimis et alis appenditiis suis, predium cum vineis apud sanctum Andream, Crotendorph, predium super Harde positum, Althah, Hunsdorph, Rakkelach, Antrichsdorph, Sitegoisdorph, Lauentmund, Lomsich, Wisse, Sirnewich, Gornsich cum katmia ibidem reperta, Volchenmarchet cum mansis et molendinis et aliis suis pertinentiis, predium super Pusters et Nusperch cum novalibus, decimis et aliis pertinentiis suis, Trahouen, Linte, predium super montem Obwolniz, ecclesiam Frezen cum silva et aliis suis pertinentiis et mansis, ecclesiam Redmil cum silva sibi adiacente, Roiste, Gameniz cum vineis, Holarn, Poginuelt, Kazlinsdorph, Libenich, Vendoy, Viuare, curtilia quedam in Aquileia et capellam de Mochilich in Aquileensi parrochia constitutam cum predio eiusdem nominis et omnibus aliis suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere aut extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradicitione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, absque abbatis sui licentia, nisi arctioris^{a)} religionis obtentu, de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. In ecclesiis vero seu capellis, que in fundo vestro site sunt et ad vestram iurisdictionem pertinent, liceat vobis sacerdotes eligere et diocesano episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ita quidem, quod ei de spiritualibus vobis autem de temporalibus debeant respondere. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea vobis gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque volueritis catholicum adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur, indulgeat. Adicimus etiam, ut nulli episcopo liceat tibi fili abbas vel cuilibet successorum tuorum officium interdicere seu vestrum monasterium a divinis officiis prohibere. Nullus etiam vestrum ab aliquo episcopo ad capitulum seu sinodum ire cogatur, nisi ecclesiastica et rationabilis causa hoc exigere videatur. Sancimus preterea, ut advocatiam ipsius monasterii nullus aliqua violentia vel astutia sibi usurpet, sed ille tantum ea utatur, qui ob utilitatem ipsius loci ab abbate et fratribus fuerit eligendus, qui sine exactione aliqua officium advocati strenue ac reverenter exerceat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem ad Romanum pontificem benedicendus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et in predictis ecclesiis diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Ad indicium autem percepte huius a sede apostolica libertatis nobis nostrisque successoribus Bizantium unum annis singulis persolveritis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. ‡ Amen, amen, amen^{b)} ‡.

(R.)^{c)} Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (BV.)
 † Ego Nicholaus Tusculanus episcopus subscripsi.
 † Ego Guido Prenestinus episcopus subscripsi.
 † Ego Hugo Hostiensis et Velletrensis episcopus subscripsi.
 † Ego Benedictus Portuensis et sancte Rufine episcopus subscripsi.
 † Ego Cinthius tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.
 † Ego Cencius sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pamachii subscripsi.
 † Ego Leo tit. sancte Crucis in Iherusalem presbiter cardinalis subscripsi.
 † Ego Petrus sancte Pudentiane tit. Pastoris presbiter cardinalis subscripsi.
 † Ego Gvala sancti Martini presbiter cardinalis tit. Equitii subscripsi.
 † Ego Guido sancti in Carcere Tulliano Nycol(ai)^{d)} diaconus cardinalis subscripsi.
 † Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis subscripsi.^{e)}
 † Ego Angelus sancti Adriani diaconus cardinalis subscripsi.
 † Ego Bertramus sancti Georgii ad Uelum Aureum diaconus cardinalis subscripsi.
 Dat. Laterani per manum Raynaldi acoliti et capellani dompni^{f)} ‡ Innocentii ‡ pape tertii, II id. aprilis, indictione III, incarnationis dominice anno M^o CC^o XV^o, pontificatus vero eiusdem dompni^{e)} ‡ Innocentii ‡ anno octavodecimo.

^{a)} c über rt A. – ^{b)} Zweites amen in Auszeichnungsschrift, zwischen den drei amen zur Zeilenfüllung stark vergrößerte Wortzwischenräume A. – ^{c)} Devise im Kreisring: Fac mecum domine signum in bonum; in den Quadranten Sanctus Petrus, sanctus Paulus und Innocentius papa III A. – ^{d)} Nycol. an dieser Stelle statt vor in Carcere A. – ^{e)} Folgt eine Leerzeile A. – ^{f)} A.

PAUL 16 (2, 165)

(1219) Mai 18, Rom
 Papst Honorius [III.] befiehlt dem Abt [Engelbert] von Rein, dem Prior von Gairach und dem Propst [Hezmann] von Seckau, die Klage des Abts [Ulrich I.] und des Konvents von St. Paul gegen Graf B(ernhard) von Lebenau, Ulr(ich) von Peggau, Ot(to) von (Unter-)Drauburg und Ric(hard) de Iunekke wegen Güterentzugs zu untersuchen und zu entscheiden.

Hss.: Original in St. Paul, StiA, Urkunde Nr. 21 (A).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1020/charter> — Mlinarič, Kartuziji Žiće in Jurklošter (1991), S. 122.

Edd.: Zahn, StUB II (1979), S. 248 Nr. 165 (aus A). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 105 Nr. 1794 (aus A).

Reg.: Tangl, Grafen von Pfannberg I (AKÖGQ 17, 1857), S. 245, zu 1218. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 113 Nr. 44. — Kos, Gradivo V (1928), S. 161–162 Nr. 303. — Hilger, Papsturkunden (FRA II/83, 1991), S. 50 Nr. 78.

Lit.: Neugart, Historia II (1854), S. 23–24, zu 1218. — Tangl, Grafen von Pfannberg II (AKÖGQ 18, 1857), S. 120, zu 1218. — Orožen, Tüffer (1881), S. 286. — Aelschker, Geschichte Kärntens I (1885), S. 310. — Krones, Verfassung (1897), S. 152–153 Anm. 6. — Mravljak, Dravograd I (1932), S. 11–12. — Lessiak, Ministerialität (Car I 145, 1955),

S. 295. — *Dopsch, Landherren* (1968), S. 69. — *Mlinarič, Kartuziji Žiće in Jurklošter* (1991), S. 123.

Jaksch, MDC IV/1, S. 105, führt im Regest „Richard von Jaunstein“ an, im Namensregister (MDC IV/2, S. 923) findet sich besagter Richard jedoch unter „Iaunegg wahrscheinlich das heutige Sonnegg s. Eberndorf“. Vgl. Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 113 Anm. 6, mit der Angabe „Juneck im Bezirke Eberndorf“. Tangl, Grafen von Pfannberg II (AKÖGQ 18), S. 245, lokalisiert „Junecke“ „zwischen Mährenberg und Marburg“.

Bulle fehlt. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati Riunensi, priori in Girgiou et . . preposito Secowensi Salzeburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii . . abbas et conventus sancti Pauli in Lauen^{a)} nobis conquerendo monstrarunt, quod nobilis vir B(ernhardus) comes de Leubenowe, Vlr(icus) de Peccach, Od(do) de Traberch et Ric(hardus) de Iunekke Salzeburgensis diocesis predia et quedam alia monasterii sui bona sibi contra iustitiam vindicare presumunt, alias iniuriosi eisdem multipliciter existentes. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et quod iustum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per distictionem eandem appellatione remota cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Rome apud sanctum Petrum, XV kal. iunii, pontificatus^{b)} nostri anno tertio.

^{a)} Mit Kürzungsstrich über t A. — ^{b)} Von pontificatus an zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A.

PAUL 17 (2, 181)

[1218 nach Juni – ca. 1220]

O(tto) von (Unter-)Drauburg schenkt dem Kloster St. Paul beim Begräbnis seines Sohnes eine Hube im Gebirge bei Unterdrauburg und beim Begräbnis seiner Frau sechs Huben in Cemenz bei Gamlitz.

Hss.: Aufzeichnung I. Viertel 13. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 2/0, fol. 22v cap. 94 (B).

Edd.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 68 Cap. 94 (aus B), zu 1218–1221. — Zahn, StUB II (1879), S. 264–265 Nr. 181 (aus B), zu ca. 1220. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 103–104 Nr. 1785 (aus B), zu 1219–1220, mit Jaksch, MDC I (1896), S. 370 Nr. 481, zu 1219–1221.

Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 159–160 Nr. 296, zu 1218–1220. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 64 Nr. 181.

Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 91. — Ljubša, Rez. Kos Gradivo V (ČZN 23, 1928), S. 278. — Pirchegger, Landesfürst und Adel I (1951), S. 36, zu um 1220.

— Bodo, *Ossiach* (1967), S. 75, 202. — Hausmann, *Otakare* (1980), S. 243 (Anm. 218, 219).

In *StUB Erg.*, S. 64 Nr. 181, merkt Pirchegger an, es handle sich um Ortoľ (!) von Unterdrauburg. In *Landesfürst und Adel I*, S. 36, nennt Pirchegger jedoch selbst „Otto von Drauburg“. (Jaksch, *MDC IV/2*, *Stammtafel IX*, kennt keinen Ortoľ, der zu der zu den Zeugen passenden Zeit lebte, vgl. auch die *Stammtafel* bei Pirchegger, *Landesfürst und Adel I*, *Tafel V*.)

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Cum omnia, que gesta sunt et geruntur, digne scripti memorie commendantur, nos Bertoldus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha notum esse volumus cunctis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod, cum inter venerabilem fratrem nostrum Vlricum abbatem monasterii sancti Pavli de Lavent et Heinricum bone memorie quondam Ivnensem prepositum et postmodum inter dominum abbatem et Ottonem prepositum super cappella de Mochlich controversia mota fuisset et diucius ventilata, tandem pro declinandis laboribus * et expensis * partium * auctoritate predecessoris nostri beate memorie patriarche Wolfgeri et utriusque partis seu congregationis consensu et voluntate per compositionem est eadem contencio terminata, ita videlicet, quod prefatus Otto Ivnensis prepositus cum universa eiusdem ecclesie congregatione eidem liti cessit et omni iuri, quod in eadem cappella privilegiis * vel aliis instrumentis aut quolibet titulo habebant vel videbantur habere, penitus abrenunciavit, in recompensationem dampni et laboris sui ab abbate et congregatione sua redditus duarum marcarum et dimidie recipiens in villa que dicitur Zem Wenigem Dorfelin eidem Ivnensi sacrario profuturos. Et ipse predecessor noster patriarcha Wolfkerus de consensu partium et consilio honorabilium virorum clericorum et laicorum, qui circa eum erant, sepe dictam cappellam de Mochlich cum institutione sacerdotis, baptismo, sepultura, placito christianitatis et omni iure abbati et monasterio sancti Pavli perpetuo habendam et possidendam * auctoritate * patriarchali * contulit ita, quod abbates, qui pro tempore fuerint, dicte cappelle de Mochlich ab eo et successoribus suis investituram recipiant et iura diocesani episcopi Aquilegensi ecclesie recognoscant. Nos autem, qui eius successimus loco, quod ipse pie et legitime fecit, approbamus et auctoritate nostra confirmamus. Ut autem ea, que dicta sunt, illibata permaneant et a nullo in posterum in irritum revocentur, hanc paginam scribi * et * sigilli * nostri * inpressione * fecimus * communiri. Si quis etiam huius nostre confirmationis nostre^{a)} seriem ausu temerario infringere attemptaverit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pavli et gloriosissimorum martirum Hermachore et Fortunati incurrat. Testes autem sunt hii istius rei: Hertnidus archidiaconus Savnie, Lvprandus archidiaconus Karinthie, Chvnradus canonicus Aquilegensis, Bertoldus plebanus de Grez, Pernhardus plebanus de Gvrnz, Heinricus plebanus de Meingospurch, Hærtnidus de Gonwiz cappellanus patriarche, liberi: Lvpoldus et Willehelmus de Hoheneke, Chunradus liber de Sovneke, Otto de Kvngesperch, Noppo^{b)} de Nideke, Mathias dapifer de Clemona, Otto dapifer^{c)} de Clemona et alii quam plures.

Data in castro Windisch Grez in domo plebani, anno domini M° CC XXVI, indictione XIII, id. ianuarii. Ego Chvnradus sancti Felicis canonicus in Aquilegia et notarius eiusdem patriarche hanc cartam scripsi, sigillavi et dedi.

^{a)} nostre wiederholt A. – ^{b)} Lesung Poppo Jaksch. – ^{c)} A.

PAUL 31

1226 April, Ravenna

Kaiser Friedrich II. bestätigt Abt Konrad [I.] von St. Paul das inserierte Privileg Kaiser Friedrichs [I.] vom 19. März 1170 und erlaubt dem Kloster künftig Silber-, Blei- und Eisenvorkommen auf dem klösterlichen Territorium zu nutzen.

Hss.: Insert in Notariatsinstrument 1442 April 6 in Wien, HHStA, AUR 499 (C). — Insert in Urkunde 1625 August 1, Kaiser Ferdinand II., in St. Paul, StiA, Urkunde Nr. 1092 (hier 9–13) (F). — Abschrift 19. Jh. in Graz, StLA, AUR-443, vom Insert nur Intitulatio angeführt (aus F) (G). — Abschrift 19. Jh. in Graz, StLA, AUR-187, Mantelurkunde inkl. vollständiges Insert, jedoch Mantelurkunde durchgestrichen und zu 1170 (aus F) (H).

Abb.: <https://www.archivinformationssystem.at/detail.aspx?id=182883> (= C). — <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067069> (= G). — <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1066078> (= H).

Edd.: Winkelmann, Acta imperii inedita I (1880), S. 249 Nr. 274 (aus G). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 153–154 Nr. 1902 (aus C). — Koch, Urkunden Friedrichs II. V/Texte (2017), S. 550–553 Nr. 1160 (aus C F).

Reg.: Böhmer, Reg. imp. (1849), S. 131 Nr. 571. — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici secundi II/1 (1852), S. 558. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 27, 1861), S. 170 Nr. 823. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 117–118 Nr. 50 (Auszug). — Böhmer/Ficker, RI V/1,1 (1881), S. 325 Nr. 1600. — Dobenecker, Reg. dipl. Thuringiae 2 (1900), S. 409 Nr. 2293. — Clavadetscher, Chartularium Sangallense III (1983), S. 146 Nr. 1117.

Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 103. — Faust, Rechtsstellung (1991), S. 103. — Krassnig, Landesausbau (1991), S. 108. — Felsner, Besitzgeschichte (1991), S. 340.

Wie bereits Muchar, Geschichte der Steiermark V, S. 103, anführt, sind in der inserierten Urkunde Kaiser Friedrichs I. (zumindest auch potenziell) Klostergründe in der Steiermark angesprochen. Deshalb existieren wohl auch die beiden Abschriften im Steiermärkischen Landesarchiv.

Die inserierte Urkunde Kaiser Friedrichs I. ist gedruckt bei Jaksch, MDC III (1904), S. 428–429, Nr. 1140, und Appelt, Urkunden Friedrichs I. III (1985), S. 32–33 Nr. 564. Das Original befindet sich in Wien, HHStA, FHKA, SUS Urkunden 1170.03.19 (olim M 890).

Ediert nach C, mit F (nur zu den in C fehlenden bzw. problematischen Stellen).

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Inter actus multiplices, quibus imperialis dignitas exaltatur, ea sunt, que perpetuitate non carent; ea sunt etiam, que in celesti patria felicem semper efficiunt largitorem, que sacrosanctis impensa ecclesiis de terrenis ad celestia et transitoriis ad eterna felici commercio commutantur. Hinc est igitur, quod notum^{a)} volumus esse univeris fidelibus nostris per imperium constitutis tam presentibus quam futuris, quod Connradus venerabilis abbas monasterii sancti Pauli in Lavent fidelis

noster ad presentiam nostre maiestatis accedens quoddam privilegium imperatoris Friderici quondam avi nostri recolende memorie nostre celsitudini presentavit, humiliter supplicans et devote, ut privilegium ipsum et quecunque continebantur in ipso, eidem monasterio confirmare in perpetuum de nostra gratia dignaremur, cuius tenor talis erat: In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia a deo coronatus magnus pacificus Romanorum^{b)} imperator augustus. Sane divine miserationis nos ammonet intuitus, ut in^{c)} universis actibus nostris novissima memorantes et pre oculis interne deliberationis semper timore^{d)} pariter et amore^{e)} illius habentes, qui auffert spiritum principum et potens est in illum diem reddere iustus iudex, sic nostre devotionis opus et operam per bona dispensemus temporalia, ut piis beate recordationis^{f)} affectibus ab hiis transire valeamus ad eterna. Eapropter noverit tam presentium etas quam fidelium imperii Romani sucessura posteritas, quod nos in spe retributionis eterne et devotis fidelium suffragiis ac intercessione dilectissimorum nostrorum Hermannii illustris ducis Karinthie et Berchtoldi comitis de Andessa nec non et petitione fidelium nostrorum, Peregrini videlicet abbatis sancti Pauli et fratrum ibidem deo et beato apostolo militantium, ipsum prenommatum abbatem et fratres monasterii eorumque successores in propriis personis auctoritate maiestatis imperatorie defensandos suscepimus et conservandos. Eadem quoque imperialis excellentie prerogativa ecclesiam eorum vulgariter ad sanctum Paulum dictam et omnia bona ipsius tam mobilia quam immobilia, tam futura quam presentia votis fidelium collata et conferenda, iusto quoque possessionis titulo acquisita et acquirenda, propriis etiam industrie sue laboribus comparata et in posterum comparanda, cum universis eorum usibus et usuum commoditatibus protegenda et ab omni adversantium impetu defendenda, pro remedio anime nostre et dilectissime consortis nostre Beatricis imperatricis auguste, filiorum quoque nostrorum perpetua salute recepimus. Statuimus igitur et imperiali auctoritate irreprehensibiliter sanctimus^{g)}, ne aliqua persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica idem cenobium nec abbatem neque fratres in eo divinis mancipatos ministeriis in persona sive rebus perturbare presummat neque bona ipsorum vel saltem minimis iniuriarum molestare calumpniis. Ad augmentum quoque huius nostre pietatis et gratie imperatorie dignitatis virtute decernimus, ne quisquam mortalium apud determinatis ecclesie bonis^{h)} beneficium requirat vel requisitum suscipiat. Generali namque imperialis curie iudicio eadem ecclesia de iure suo sollemniter obtinuit neminem ab ea inbeneficiari debere et precipue de bonis Volkenmarckt constitutis, in quibus nullus hominum preter abbatem ecclesie et conventum quicquamⁱ⁾ iuris habet. Suum est enim universum ius eiusdem ville et forum et omnia fori iura ad voluntatem suam et commodum ecclesie tantummodo^{j)} dispensare. Presertim ad hec firmiter indicimus, ne quisquam hominum advocatiam eiusdem ecclesie sibi violenter audeat usurpare. Nullum enim advocatum habere debet, nisi quem communiter conventus elegerit de cognatione fundatorum ecclesie. In qua si reperiri non poterit idoneus; in arbitrio erit ecclesie inutilem amovere et aliunde advocatum sibi^{k)} assumere. Quicumque vero assumetur et advocatus ecclesie constituetur, non spe temporalis lucri, sed solo superne remunerationis intuitu in iure suo constanter et fideliter adstabit ecclesie. Si quis igitur ausu temerario concitatus hiis nostre maiestatis presumpserit obviare decretis, reus autoritatis et a gratia nostra proscriptus pro pena quingenta libras auri purissimi componat viginti fisco imperialis^{l)} camere et viginti ecclesie, reliquas vero decem cancellario curie. Huius rei testes sunt Heinricus Gurcensis episcopus, Heinricus electus Brixnensis, Hermannus dux Karinthie, Otto senior palatinus de Witelinesbac, comes Berchtoldus de Andessa, Heinricus et frater suus Lupoldus comites de Plai, comes Diepoldus * Lexemunden, Heinricus de Stauphe, Degnardus de Helenstain, comes Bertholdus de Tyrols, Conradus Nurnbergensis burgravius, Otto de Buch, Wulfingus de Capfenberg et alii quam plures. Ego Heinricus imperialis aule cancellarius vice Christiani Maguntite sedis archiepiscopi et archicancellarii recognovi. Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi (M.).^{m)} Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo, indictione tertia, regnante domino Friderico Romanorum imperator gloriosissimo, anno regni eius decimo septimo, imperii autem quinto decimo, feliciter amen. Datum apud Livbenicenⁿ⁾, XIII kal. aprilis. Nos igitur supplicationes memorati abbatis Cunrardi fidelis nostri benignius admittentes, pro reverentia dei et conservatione salutis nostri nec non et pro remedio predicti quondam avi nostri, patris et matris etiam ac aliorum predecessorum nostrorum augustorum felicium recordationis inclite, et ut orationes eiusdem abbatis, successorum et fratrum suorum mereamur assidue apud deum, memoratum privilegium, sicut

superius continetur, perpetuo confirmantes illud de verbo ad verbum transscribi et sigillo maiestatis nostri iussimus communiri. De speciali tamen et habundanciori quoque gratia nostra concedimus predicto monasterio in perpetuum, ut cadmias tam argenti quam plumbi et ferri, que in territorio ipsius monasterii de cetero inveniri contigerint, ad opus suum sine contradictione aliqua capiantur et convertantur in usum et utilitatem ipsius, statuentes firmiter et imperiali authoritate districte precipientes, ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, predictum abbatem, successores et fratres suos ac ipsum monasterium super predictis omnibus molestare de cetero seu perturbare presummat. Quod qui presumserit, preter penam predictam et indignationem nostram triginta librarum auri pena mulctetur, medietas quarum camere nostre, alia vero medietas passis iniuriam persolvatur. Ad huius autem concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt Albertus Maydeburgensis archiepiscopus, episcopus Curcensis^{o)} et abbas sancti Galli, A(lbertus) dux Saxonie, R(enaldus) dux Spoleti, comes C(onradus) de Wasserburg, comes G(unterus) de Querenberg, comes S(ifridus) de Wienna et alii quam plures. Signum domini Friderici secundi dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis (M.).^{m)} Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense aprilis, XIII indictionis, regnante domino nostro Friderico secundo dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius sexto, regni Ierusalem primo, regni vero Sicilie vicesimo octavo, feliciter amen. Datum apud Rauennam anno, mense et indictione prescriptis.

^{a)} Unnötiger Kürzungsstrich über u C. – ^{b)} n verbessert aus o (?) C. – ^{c)} F; fehlt C. – ^{d)} C F; timorem VU. – ^{e)} C F; amorem VU. – ^{f)} C F; recordationis VU. – ^{g)} F VU; Wortfolge sancimus irreprehensibiliter C. – ^{h)} bona, a aus i verbessert C. – ⁱ⁾ F VU; quisquam C. – ^{j)} F VU; tantummodo C. – ^{k)} F VU; Wortfolge sibi advocatum C. – ^{l)} ausu bis imperialis durch Abreibung an Falte schlecht lesbar C. – ^{m)} Signum bis (M.) fehlt C. – ⁿ⁾ F VU; Luibenicen C. – ^{o)} Gurcensis statt Curcensis F.

PAUL 32

(1230) Juni 7, Lateran

Papst Gregor [IX.] beauftragt die Äbte [Berthold I.] von Admont und [Thomas] von Viktring sowie den Dekan von Völkermarkt aufgrund der Bitte des Abtes [Konrad I.] und des Konvents von St. Paul, den erzwungenen Verkauf des Gutes Wernberg (ö. Villach) an Herzog [Bernhard] von Kärnten rückgängig zu machen und den Herzog gegebenenfalls mit Kirchenstrafen zu zwingen, das Kloster für die Verluste zu entschädigen, die diesem durch den Bau einer Burg auf demselben Gut und durch die darauf folgende Fehde zwischen dem Bischof von Bamberg und dem Herzog entstanden waren.

Hss.: Original in St. Paul, StiA, Urkunde Nr. 24 (A).

Abb.: <https://www.monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1026/charter>

Edd.: Neugart, Historia II (1854), S. 26–27. — Jaksch, MDC IV/I (1906), S. 184–185 Nr. 1990 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 27, 1861), S. 185 Nr. 868. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 735 Nr. 8567, zu Juni 6. — Schroll, UB St. Paul

(FRA II/39, 1876), S. 118–119 Nr. 51 (Auszug). — Böhmer/Ficker/Winkelmann, RI V/2,3 (1892), S. 1191 Nr. 6811. — Kos, Gradivo V (1928), S. 258 Nr. 520. — Hilger, Papsturkunden (FRA II/83, 1991), S. 91–92, Nr. 150.

Lit.: Wichner, Admont 2 (1876), S. 80. — Wichner, Admontische Güter in Kärnten (AVGT 18, 1897), S. 15. — Roscher, Viktring (1953), S. 46.

Bulle fehlt. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . de Agemund et . . de Victoria Cisterciensis ordinis abbatibus et . . decano de Volkenforo Salzeburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis dilectorum filiorum . . abbatis et conventus monasterii sancti Pauli in Lauent, quod ad nos nullo pertinet mediante, petitio continebat, quod, cum nobilis vir . . dux Carinthie ab eis venditionis nomine quoddam ipsorum predium quod Werdeburch dicitur, in quo volebat castrum construere, postulasset, iidem scientes, quod si castrum ipsum ibi fieret, ex hoc grave ipsius monasterii et Pabebergensis ecclesie preiudicium nec non strages hominum et multa pericula provenirent, noluerunt eiusdem ducis petitioni huiusmodi consentire. Cunque^{a)} postmodum idem dux construere castrum in eodem predio nichilominus incepisset, iidem sibi resistere non valentes ad appellationis subsidium confugerunt, monasterium ipsum et bona eiusdem protectioni sedis apostolice supponendo. Ceterum sepedictus dux propter hoc contra eos ingenti furore commotus tandiu^{a)} sua potentia eis bona temporalia interdixit, donec ipsi fame coacti dictum predium eidem, prout sibi placuit, vendiderunt eo adiecto, quod, si monasterium ipsum occasione castri predicti contingeret aliquam incurrere lesionem, idem dux iuramento prestito teneretur eisdem dampna, que propter hoc incurrerent, resarcire. Verum cum occasione venditionis eiusdem inter ducem eundem et venerabilem fratrem nostrum . . Pabebergensem episcopum, sicut primitus verebantur, gravis guerra noviter sit exhorta^{a)} et monasterium pretaxatum proinde dampna gravia sit perpeßsum, dictus dux ab eis requisitus multotiens iuramenti prefati religione contempta de dampnis eisdem denegat sibi satisfactionem aliquam exhibere. Quare sepedicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut eorum indemnitati providere sibi super hoc misericorditer dignaremur. Cum igitur locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intervenit, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si vobis constiterit, venditionem huiusmodi a dictis abbate ac conventu nequiter sic extortam in irritum revocantes faciatis eisdem a dicto duce satisfieri de dampnis, que occasione huiusmodi hactenus incurrerunt, eum ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, sicut iustum fuerit, compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat.^{b)} Laterani, VII id. iunii, pontificatus nostri anno quarto.

^{a)} A. — ^{b)} Ab hier zur Füllung der jeweiligen Zeilen vergrößerte Wortzwischenräume A.

PAUL 33

(1232) Mai 27, Spoleto

Papst Gregor [IX.] beauftragt den Abt [Konrad] von Sittich und die Prioren von Seitz und Gairach, die Klage Herzog [Bernhards] von Kärnten, dessen Vorfahren das Kloster St. Paul gegründet haben, wonach Abt [Konrad I.] von St. Paul die Klostergüter in bedenklicher Weise verschleudere, zu untersuchen und gegebenenfalls die nötigen Änderungen vorzunehmen. Der Konvent hatte aus Angst vor den Verwandten des Abtes [von Trixen] keine Klage erhoben.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 566 (A).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1232_V_27/charter (samt Bulle).

Edd.: Neugart, Historia II (1854), S. 127 Nr. 1. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 206 Nr. 2052 (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 167 Nr. 902. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 766 Nr. 8934. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 119 Nr. 52. — Schumi, UB Krain II (1887), S. 58 Nr. 75. — Kos, Gradivo V (1928), S. 276 Nr. 568. — Santifaller, Österr. Staatsarchiv (Studi e Testi 165, 1952), S. 330 Nr. 67. — Battelli, Schedario Baumgarten (1965), S. 278 Nr. 1072. — Bernhard, Geschichte Seiz II (1987), o. S. Nr. R 29. — Hilger, Papsturkunden (FRA II/83, 1991), S. 101 Nr. 168. — Mlinarič, Kartuziji Žiče in Jurklošter (1991), S. 58, 126.

Lit.: Fräss-Ehrfeld, Geschichte Kärntens 1 (1984), S. 252. — Faust, Rechtsstellung (1991), S. 103. — Faust, St. Paul (2002), S. 86.

Beschädigte Bulle. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati de Sittich Cisterciensis et . . de Seitsi et . . de Gariowe Kartusiensis ordinum prioribus Aquilegensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte nobilis viri . . ducis Karinthie fuit propositum coram nobis, quod . . abbas monasterii sancti Pauli de Lauent Salzeburgensis diocesis, cuius fundatores sui predecessores fuerunt, adeo bona ipsius monasterii dilapidat et consumit, quod, nisi per sedis apostolice providentiam obvietur eidem, vix adiciet, ut resurgat. Cum igitur monachi eiusdem monasterii, ut audivimus, nobis intimare predicta metu consanguineorum ipsius abbatis aliquatenus non presumant, nos, quibus est ecclesiarum omnium sollicitudo commissa, nolentes occasione huiusmodi hec relinquere incorrecta, discretionis vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus personaliter accedentes ad locum et habentes pre oculis solum deum, si premissa inveneritis esse vera, auctoritate nostra corrigatis et reformatis ibidem tam in capite quam in membris que correctionis et reformationis officio noveritis indigere, contradicentes per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Spoleti, VI^a kal. iunii, pontificatus nostri anno sexto.

^{a)} Ab hier zur Zeilenfüllung vergrößerte Wortzwischenräume A.

PAUL 34 (2, 369)

1239 Februar 10, (Unter-)Drauburg

Abt Leonhard von St. Paul verkündet, dass er sich durch Vermittlung Konrads, einst Abt von St. Paul und Bruder der Herren von Trixen, sowie des Archidiakons Villacensi(s) Berthold mit Heinrich von (Unter-)Drauburg in mehreren strittigen Punkten verglichen hat, unter anderem in Bezug auf die Vogtei in Remschnigg (w. Marburg), auf die Heinrich verzichtet.

Hss.: Original in St. Paul, StiA, Urkunde Nr. 29 (A). — Abschrift 15. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 3/0, fol. 116v–117v (B).

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1030/charter> (samt Hängesiegel). — Anthony von Siegenfeld, *Steirischer Uradel* (1893), Tafel 9 (nur Siegel Heinrichs von Trixen).

Edd.: Schmidt, *Sammlung der Berggesetze* (1839), S. 12–14 Nr. 7 (aus A). — Schroll, *UB St. Paul* (FRA II/39, 1876), S. 122–123 Nr. 58 (aus A, Teildruck). — Zahn, *StUB II* (1879), S. 479–481 Nr. 369 (aus A). — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 261–263 Nr. 2172 (aus A).

Reg.: Schmidt, *Sammlung der Berggesetze* (1839), S. VIII Nr. 7. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 32, 1865), S. 190–192 Nr. 976. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 343–344 Nr. 706. — Pirchegger in *StUB Erg.* (1949), S. 66 Nr. 369.

Lit.: Gebhard, *Fürsten von Windisch-Grätz* (MHVSt 19, 1871), S. 157. — Pirchegger, *Genealogie der Mahrenberger* (ZHVSt 12, 1914), S. 183. — Kos, *Oglejski patriarhi* (ČZN 13, 1917), S. 32. — Mravljak, *Dravograd I* (1932), S. 15–16, 24. — Ebner, *Herren von Ehrenfels* (ZHVSt 44, 1953), S. 70. — Lamprecht, *Besitz auf dem Remschnik* (Car I 147, 1957), S. 337. — Koropec, *Slovenj Gradec* (ČZN NV 14/1, 1978), S. 18–19. — Fräss-Ehrfeld, *Geschichte Kärntens I* (1984), S. 252. — Faust, *St. Paul* (2002), S. 140. — Kos, *Burg* (2006), S. 323, 441 (Anm. 1134). — Höfler, *O prvih cerkvah* (2016), S. 137 Anm. 200. — Zehetmayer, *Vogtei und Herrschaftsausbau* (2019), 232 (mit Satzfehler 1238).

Vom Streit um die Vogtei zu Remschnigg handelt auch Urkunde Nr. PAUL 36.

1. Hängesiegel Abt Leonhards. 2. Fragment des Hängesiegels des Kapitels (Jaksch: Konventsiegel 1). 3. Schlecht erhaltenes Hängesiegel des Archidiakons Berthold. 4. Beschädigtes Hängesiegel Heinrichs von Trixen. Laut Jaksch, *MDC IV/1*, S. 263, alle an Hanffäden. Siehe *monasterium* sowie die Abbildung des Siegels Heinrichs von Trixen in Anthony von Siegenfeld, *Steirischer Uradel*, Tafel 9.

Ediert nach A.

‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡. Quoniam rigor causancium et contentio per pactionem honestam quasi mediatricem et germanam concordie consuevit frequencius mitigari pariter et sopiri, non obstantibus regulis „in malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum“⁽¹⁾ cum pacto, quod pari voluntate et voto causancium parcium interposito etiam lex cedat, et lites considerata utilitate partis utriusque propter bonum pacis non mediante sententia dirimantur. Sed ne prolixitas temporum sua frequenti revolutione fragilem humane conditionis memoriam super hiis, que omni adhibita circumspectione statuuntur,

valeat^{a)} enervare, scripture, que archa et mater memorie est, sunt provide mancipanda. Hinc est, quod ego Leonardus divina disposicione abbas sancti Pauli ex una parte et Heinricus de Traberch ex altera parte presenti scripto presencium et posteriorum noticie declaramus, quod nos mediantibus domino Chunrado quondam abbate eiusdem ecclesie fratre dominorum et fratrum de Truchsen et domino Pertholdo archidiacono Villacensi super articulis et questionibus^{b)}, de quibus ego Leonardus abbas memoratum Heinricum inpetebam, videlicet super villa Schirruich, quam idem Heinricus dicebat in proprietatem emisse patrem suum Ottonem, et super advocatia Remsnich, super catmiis in Suabekke sive iure argenti fodinarum et decimis earundem per medium dividendis, que dominus Heinricus eodem die sibi secundum ius civile confirmavit suo sacramento, insuper pro tertia parte mute in Traberch, quod ius debebat redimere pater dicti Heinrici pro marcis L, de quibus non solvit nisi VI, super advocatia Cecazen, quam dimisit pro se et pro suis heredibus retinendo sine usu defensionem, et quod ipse et parentela sua ibidem deberent sepeliri. E converso dominus Heinricus contra abbatem et ecclesiam proponebat, quod ab hominibus ipsius contra iusticiam theloneum exigeret in Volchenmarcht, et quod homines suos in ipso foro residentes absque servicio sibi debito detineret, et pro pellicio uno, quod sibi de claustro annuatim debebat amministrare^{c)}, et quod dedisset duci Carinthie montem in quo castrum Volchenmarcht edificavit, per quod dixit se iure advocatie ibidem esse privatum, et quod vendidisset ius advocatie in Tripsach sine consensu ipsius. Iste questiones sic decise sunt voluntate parcium ita, quod dominus Heinricus sepe dictus villam Schirruich, quam proprietarie dicebat se possidere, accepit in feudum, cathmiarum^{d)} ius medium et decimarum earundem, quas obtinuit abbas, sine lite dimisit, et ius quod habebat abbas Traberch in muta dimisit excepto quod ad cellarium et specialem usum conventus portatur transeat sine muta. Sed et sub hac forma compositionis ad sopiendam litem in posterum dominus He(inricus) cessit iuri thelonei in Volchenmarht^{e)} ita, quod homines sui ibidem debent debitum theloneum solvere, pellicium dimisit, iuri advocatie in toto etiam^{f)} cessit preter meram defensionem sine utilitate. Ceterum promisit, quod ipse, parentela et homines sui honestiores ad sanctum Paulum debeant sepeliri. Sed et vendicionem ville Tripsach ratam habet, retento apud eum quod ipsam emit iure advocatie. Insuper debet ecclesie sancti Pauli assignare mutam in Traberch pro C et III^{or} marcis in instanti festo sancti Iacobi. Et hoc ut perficiatur, fide data promisit et iuravit illam fidem servare una cum castellanis suis Vlrico de Traberch, Perengero, Weriendo et Chunrado, quod si in advocatia Remsnich vel aliquo^{g)} predictorum offenderit, violando fidem et sacramentum, ius feudale et proprietatem ville et ius quod habebat in muta Thraberch et ius montale et decime earundem sine omni contradictione revertantur in usus ecclesie sancti^{h)} Pauli. Verum ne altera parsium^{e)} huic diffinicioni pariterque pactioni ausu temerario valeat contraire, ad habundancio^{e)} cautalam sigillis conventus, abbatis, vicedomini de Greze, domini Heinrici sepe memorati fecimus roborari, addito amminiculo testium sequencium auctoritatis non parve. Huius rei testes sunt dominus Chunradus abbas senior, dominus Liutoldus, dominus Hermannus, dominus Eberhardus domini conventus, dominus Volmarus, dominus Sigehardus milites de Lauent, vicedominus de Grece, dominus Heinricus de Grece, dominus Vlricus de Waldekke, dominus Heinricus de Tynach, dominus Vlricus de Vezewin, dominus Otto de Grece, dominus Vlricus de Traheim, dominus Vlricus de Thraberhc, dominus Chunradus de Hunstorf, dominus Perengerus, dominus Chunradus Bauwarus, dominus Werius, dominus Gotefridus et alii quam plures. Acta sunt hec apud Traberhc, in

capite ieiunii, anno domini M° CC° XXXVIII, IIII^{to} id. febr., inditioneⁱ⁾ XII^a, epacta XIII^a, feliciter amen.

^{a)} Davor durchgestrichenes non A. – ^{b)} Hier (oder am Schluss des Satzes) fehlt concordavimus oder ein ähnliches Verb A. – ^{c)} amministrare verbessert aus amministrari A. – ^{d)} cathimiarum geschrieben, i nach h durch Punkt getilgt A. – ^{e)} A; Lesung Volchtemarkt Schmidt; Volchenmarkt Schroll; Volchenmarkt Zahn. – ^{f)} etiam auf Rasur A. – ^{g)} Laut Jaksch Remsnich vel aliquo von anderer gleichzeitiger Hand auf Rasur A. – ^{h)} sancti verbessert aus sancte A. – ⁱ⁾ inditione statt indictione A.

¹⁾ Isidor von Sevilla, Synonyme de lamentatione animae peccatricis, 2.58.

PAUL 35

(1239) Dezember 9, (Windisch-)Graz
Patriarch B(erthold) von Aquileia befiehlt dem Klerus seiner Diözese auf Verlangen des Abtes von St. Paul unter Androhung der Suspension, alle Schädiger des Klosters vom Gottesdienst auszuschließen, ausgenommen die Taufe von Kindern und das Sterbesakrament. Das Interdikt habe zu bestehen, bis Genugtuung geleistet sei.

Hss.: Original in St. Paul, StiA, Urkunde Nr. 30 (A).

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1031/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 271–272 Nr. 2185 (aus A).

Reg.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 116 Nr. 47, zu 1225. — Kos, Gradivo V (1928), S. 353 Nr. 720. — Puschnig, Urkundenwesen (1933), S. 20 Nr. 119.

Lit.: Kos, Oglejski patriarhi (ČZN 13, 1917), S. 14. — Paschini, Bertoldo (MSF 16, 1920), S. 40. — Koropec, Slovenj Gradec (ČZN NV 14/1, 1978), S. 18.

Schroll, UB St. Paul (FRA II/39), S. 116, begründet seine Einordnung zu 1225 mit der Urkunde des Patriarchen von 1226 Jänner 13, Windischgraz (= Urkunde Nr. PAUL 29), da diese zeige, dass dieser „sich um diese Zeit in Windischgraz aufhielt“. Kos, Gradivo V, S. 353 Anm. 342, hingegen verweist auf die Urkunde des Patriarchen von 1239 November 2, Sittich (Edd. in Jaksch, MDC IV/1, S. 270–271 Nr. 2184), und meint, der Patriarch sei von dort weiter nach Windischgraz gereist. Zuvor setzte bereits Jaksch, MDC IV/1, S. 271, die Urkunde ins Jahr 1239. Er führt zwar keinen dezidierten Grund an, dachte wahrscheinlich aber ebenso wie Kos an eine Weiterreise von Sittich nach Windischgraz und stützte sich vermutlich besonders darauf, dass an der vorliegenden Urkunde gleichermaßen das Siegel 3 des Patriarchen hängt wie an der Urkunde von 1239 November 2 (siehe Jaksch, MDC IV/1, S. 272 Nr. 2186).

Fragment des Hängesiegels Patriarch Bertholds, laut Jaksch, MDC IV/1, S. 272, und Puschnig, Urkundenwesen, S. 20, an Pergamentstreifen, nun jedoch neu angebracht. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

B(erhtoldus) dei gratia sancte Aquilegensis sedis path(riar)ca universis in Christo fratribus abbatibus prepositis plebanis et capellanis vicariis in nostra dyocesi constitutis salutem et

benedictionem in domino. Cum adversitates fratrum et subditorum in omni loco eque ut proprias respicere debeamus et potestatem, quam habemus a domino desuper accepto^{a)}, non solum nobis tenere tenemur, sed deducere in commune fratrum necessitates per hanc adiuuando, universitati vestre presentes literas duximus dirigendas, auctoritate qua fungimur precipiendo vobis attencius et mandando, quatinus respiciendo debitum karitatis in Christo fraterne omnibus invasoribus ecclesie sancti Pauli in Lauen, cum super hoc venerabilis frater noster eiusdem ecclesie abbas vos requisiverit^{b)}, divina omnimodis subtrahatis preter baptismum parvulorum et viaticum que necessitatis tempore offeruntur, firmam retinentes sententiam interdicti, usque quod tales satisfaciant de ablatis, et nisi presens fueritis mandatum executi, ab officio et beneficio noveritis vos suspensos. Ne autem super hoc aliquis dubitum concipiat, predicto fratri nostro abbati hanc paginam dari iussimus sigilli nostri munimine roboratam. Dat. apud Grêz, VIII^o decembris.

^{a)} accepto *statt* acceptam A. – ^{b)} A.

PAUL 36 (2, 466)

[1240 um August 9], Marburg

Gottfried, genannt von Marburg, führt aus, dass der Streit zwischen Abt Hartwig von St. Paul und Heinrich von (Unter-)Drauburg um die Vogtei über die Klostergrüter am Remschnigg (w. Marburg) zwischen den Bächen Wölka (nö. Mahrenberg) und Tschernitz (n. St. Lorenzen) durch den damaligen Landrichter Ulrich [von Peggau], Graf von Pfannberg und andere zugunsten des Abtes entschieden worden ist und bezeugt, dass er das Kloster in den Besitz der Vogtei einführen, ihm dieses Recht schützen beziehungsweise durch den Herzog schützen lassen und ihm den zugesprochenen Schadensersatz von 600 Mark sichern sollte.

Hss.: Original in St. Paul, StA, Urkunde Nr. 31 (A).

Abb.: <http://monasterium.net/mom/AT-StiAStP/UK/1032/charter> (samt Hängesiegel).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 579 Nr. 466 (aus A), zu ca. 1245. — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 277–278 Nr. 2204 (aus A). — Mlinarič, Gradivo I (1975), o. S. Nr. 68 (aus A).

Reg.: Tangl, Grafen von Pfannberg II (AKÖGQ 18, 1857), S. 168 Nr. 8, mit S. 119, zu 1241. — Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 204 Nr. 1007, zu 1241. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 125–126 Nr. 61, zu 1241. — Kos, Gradivo V (1928), S. 359–360 Nr. 738. — Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 66 Nr. 466.

Lit.: Muchar, Geschichte der Steiermark V (1850), S. 167, zu 1241. — Felicetti, Steiermark I (BKStGQ 9, 1872), S. 56 Anm. 184. — Krones, Verfassung (1897), S. 175 (Anm. 2), 198–199, 217. — Lamprecht, Besitz auf dem Remschnigg (Car I 147, 1957), S. 335, 337. — Dopsch, Landherren (1968), S. 69, 77. — Hausmann, Kaiser Friedrich II. und Österreich (1974), S. 256.

Vom Streit um die Vogtei zu Remschnigg handelt auch Urkunde Nr. PAUL 34.

Auf der Rückseite der Urkunde ist von zwei anderen Händen das Jahr 1241 angeführt. Zum Ansatz auf 1240: Ulrich von Pfannberg ist zuvor nicht als Landrichter nachzuweisen (siehe Zahn, StUB II, Register S. 717; vgl. Tangl, Grafen von Pfannberg II [AKÖGQ 18],

S. 119, der nur deswegen das Jahr 1241 anführt, weil er die vorliegende Urkunde diesem Jahr zuweist). Abt Hartwig von St. Paul ist erstmals in einer Urkunde von 1240 August 9, Marburg (= Urkunde Nr. GARS 17) belegt. Bereits Jaksch, MDC IV/1, S. 277, hat festgehalten, dass gemäß der Urkunde von 1248 Juli 27 (Edd. in Jaksch, MDC IV/1, S. 361–362 Nr. 2380) Herzog Friedrich II. bei der Urteilsfällung zugegen war (Wlrico comite de Phanberch tunc iudice provinciali presente domino nostro Fridrico illustri duce Austrie et Styrie). Gemeinsam sind Herzog Friedrich II., Ulrich von Pfannberg und Abt Hartwig nur in Urkunde Nr. GARS 17 (von 1240 August 9, Marburg) und somit auch zum vorliegenden Stück passend in Marburg belegt.

Fragment des Hängesiegels Gottfrieds von Marburg, neu angebracht. Siehe monasterium.

Ediert nach A.

Ego Godefridus dictus de Marpurh notum facio tam presentibus quam futuris, quod cum venerabilis abbas monasterii sancti Pauli de Lauent Hertwicus nomine litigaret cum domino Henrico de Traberh super advocatia in bonis dicti monasterii in monte Remsnik et a fluvio sive ripa Welik usque ad ripam que dicitur Semernek, in quibus bonis dictus dominus Henricus dicebat se ius advocacie habere et hoc probare, in qua tamen probatione penitus defecit ita, quod quieta possessio dicto domino abbati coram domino Vlrico comite de Phannenberh tunc iudice provinciali et coram multis aliis fuit iusto iudicio adiudicata usque adeo, quod prefatus abbas movit querimoniam de dampnis que dictus dominus Henricus in predictis bonis monasterio suo intulerat, dicendo se advocatum quod non erat, sicut compertum extitit et probatum ita, quod antedictus abbas obtinuit sibi refundi sexcentas marcas denariorum et ego datus sum ipsi abbati promittendo eum in possessionem dicte advocacie a predicto iudice, et ut subiciam dictam advociam^{a)} tuicioni domini ducis, et ut precipiam domino H(enrico), quod solvat dicto abbati prefatam summam. Hec omnia protestor ut solempnis nuncius sub iureiurando. Dat. Marpurh.

^{a)} advociam statt advocaciam A.

PAUL 37

1245 Jänner 12, Faal

Cholo von Trixen, der als Vasall des Klosters St. Paul mit seinen Leuten Stiftsgüter angegriffen hat, verpfändet dem Abt Hartwig von St. Paul für die Entschädigungssumme von zehn Mark, welche Cholo jetzt nicht zahlen kann, seine Erbvogtei auf den Klostergrütern in Diex (n. Völkermarkt).

Hss.: Abschrift 15. Jh. in St. Paul, StiA, Hs. 3/0, fol. 72v–73r (B).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 321–322 Nr. 2294 (aus B). — Mlinarič, Gradivo I (1974), o. S. Nr. 71 (aus B).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 215–216 Nr. 1044. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 128 Nr. 64. — Kos, Gradivo V (1928), S. 402–403 Nr. 849.

Lit.: Kos, Burg (2006), S. 323.

Beim Ausstellungsort handelt es sich um Faal in der Steiermark, westlich Marburg, siehe Jaksch, MDC IV/2 (1906), Register S. 847. Angekündigt sind die Siegel Cholos von Trixen und Gottfrieds von Marburg.

Ediert nach B.

In nomine domini, amen. Quoniam a mentibus hominum elabi solet quicquid hoc in tempore agitur, nisi scripti testimonio confirmetur, unde ego Cholo de Truhsen scire cupio tam presentes quam etiam futuros, quod, cum ego, pro dolor, et homines mei monasterium sancti Pauli, cuius ego sum vasallus, in bonis suis ex parte^{a)} offendissemus et dominus Hertwicus venerabilis abbas eiusdem monasterii me requisivisset super eisdem offensis, ego amore dei cupiens et satisfacere dampna predicta in summam decem marcarum eo presente et affirmante fuerunt redacta, quas videlicet X marcas in uno statuto termino sibi persolvere promisi. Prefato itaque termino veniente et dictam pecuniam^{b)} me solvere nequeunte, ne mee^{c)} devocioni nota instabilitatis inpigeretur ab hominibus et ne etiam a domino deo hoc pactum a me requireretur, quandam advocaciam, quam in bonis dicti monasterii scilicet in monte Diechs hereditario iure habere dinoscebar, prefato domino abbati et ipsius monasterio pro predictis X marcis obligavi tali videlicet condicione, ut quamdiu per me vel per meos heredes predicta pecunia prefato monasterio soluta non fuerit, tamdiu nec ego nec mei heredes eorumque successores in prefata advocacia nec^{d)} per nos nec per nostros officiales homines in dicta advocacia residentes nec etiam minimis vexacionibus molestare debemus, sed omne ius advocacie, quod ego in dictis possessionibus videbar habere, memorato abbati et suo monasterio usque ad solucionem prelibate pecunie sine dolo deserviet. Ut autem hec omnia supradicta rata permaneant et inconvulsa et ne a meis heredibus contractus memoratus possit in posterum revocari, presens scriptum sigillo meo iussi corroborari. Ad maiorem etiam cautelam gener meus dominus Gotfridus de Marchpurch, qui presens erat prelibato contractui, rogatu meo sigillum suum presenti scripto etiam appendit. Huius rei testes sunt Wlricus et Gotfridus fratres et milites de Koaschav, Cholo et frater suus Gerlochus de Ebersteine, Marchwardus de Koaschav, Leonhardus filius domini Herbordi, Libh(er)us^{e)} filius domini Rei(m)perti de Seldenh(oven), Pillungus filius domini Pillungi, Herbort de Vrondorf et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M^o CC^o XLV, in domo Volmari apud Valle^{a)}, pridie id. ianuarii, feliciter amen.

^{a)} B. — ^{b)} pecunia ohne Kürzungszeichen B. — ^{c)} me statt mee B. — ^{d)} nisi statt nec B. — ^{e)} Oder Libh(ar)dus (?) B.

PAUL 38

1245 Juli 25

Graf Ulrich von Sternberg schenkt dem Kloster St. Paul zum Seelenheil seiner dort begrabenen Frau vier Mark Einkünfte im Weiler Emmersdorf (Rosegg), welche nur an den

Grafen verkauft oder vertauscht werden dürfen. Ulrich [von Peggau], Graf von Pfannberg siegelt.

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 713 (A).

*Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1245_VII_25/charter (samt Hängesiegel). — Anthony von Siegenfeld, *Steirischer Uradel* (1893), Tafel 12 (nur Siegel Ulrichs von Pfannberg).*

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 326 Nr. 2309 (aus A).

*Reg.: Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 128–129 Nr. 65. — Tangl, *Grafen von Pfannberg II* (AKÖGQ 18, 1857), S. 169 Nr. 10, mit S. 119, 121. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 32, 1865), S. 218 Nr. 1053. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 407–408 Nr. 862.*

*1. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Ulrichs von Sternberg an Pergamentstreifen. 2. Schlecht erhaltenes Hängesiegel Ulrichs von Pfannberg an Pergamentstreifen. Siehe monasterium sowie Anthony von Siegenfeld, *Steirischer Uradel*, Tafel 12 (nur 2. Siegel).*

Ediert nach A.

In nomine domini, amen. Ego comes Wlricus de Sternberch notum facio^{a)} universis hanc cartam inspecturis, quod, dum dilecta uxor mea aput monasterium sancti Pauli Lauent sepeliretur, de patrimonio meo divinitus mihi collato redditus quatuor marcarum pro remedio anime ipsius eidem monasterio contuli iure proprietario nullo iure advocatie mihi retento excepto, quod sine omni utilitate et exactione dictos redditus et homines in eis residentes solo salutis anime respectu debeam deffensare. Sunt autem dicti redditus siti in villa que dicitur Tvmersdorf. Additum etiam est, quod dominus abbas eiusdem loci nec aliquis suorum successorum habeat potestatem eosdem redditus cum aliquo hominum commutare vel a servicio monasterii quoque modo alienare excepto, si mihi vel heredibus meis eos rehabere placuerit, cum aliis quatuor marcarum redditibus equipollentis usus precio in competenti loco sitis vel cum quadraginta marcis denariorum, qui tunc dapsiles in terra fuerint, nobis eos liceat redimere hoc tamen pacto, ut prefata pecunia usibus dicte ecclesie secundum consilium meum impendatur. Ne autem istud testamentum honeste factum ab aliquo meorum heredum vel propinquorum possit calumpniari, hanc cartam scribi iussi et sigillo meo et dilecti soceri mei comitis Wlrici de Phannenberch, qui huic delegationi etiam interfuit, roboravi. Huius rei testes sunt dominus Ditmarus et frater suus dominus Eberhardus de Griven, Hainricus de Grifenvelse, dominus Otto de Porta, dominus Wlricus et fratres sui Hainricus et Liupoldus de Cholmz^{b)}, dominus Wigandus de sancto Stephano, dominus Ekevidus de Hvnebvrrch, dominus Sifridus de Alpibus et filii sui Sifridus et Fridricus, dominus Sighardus de Hvntsdorf, dominus Albertus de Sulbe, dominus Wluingus de Wztriz, dominus Chunradus de Phannenberch et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M^o CC^o XL^o V^o, in die sancti Iacobi, feliciter amen^{c)}.

^{a)} o verbessert aus begonnenem m (?) A. — ^{b)} Lesung Chohniz Schroll. — ^{c)} amen in Majuskeln A.

PAUL 39 (2, 463)

1245 Dezember 13, Pettau

Die Brüder Friedrich und Hartnid von Pettau überlassen als getreue Vasallen des Klosters St. Paul diesem ihr Patronatsrecht und alle anderen Rechte an der Kapelle St. Georgen unter Stein (im Lavanttal).

Hss.: Original in Wien, HHStA, AUR 720 (A).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-HHStA/StPaulOSB/1245_XII_13/charter (samt Hängesiegel). — Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel (1893), Tafel 13 (nur Stadecker Siegel).

Edd.: Neugart, Historia II (1854), S. 132–133 Nr. 7 (aus A). — Zahn, StUB II (1879), S. 576 Nr. 463 (aus A). — Jaksch, MDC IV/I (1906), S. 333–334 Nr. 2321 (aus A). — Weiss, Städtewesen (2002), Quellen-CD-Rom (aus A).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 220 Nr. 1057. — Schroll, UB St. Paul (FRA II/39, 1876), S. 130–131 Nr. 67. — Kos, Gradivo V (1928), S. 412 Nr. 872. — Rucker, Stadecker 2 (1979), S. 11 Nr. R 22.

Lit.: Mell, Steirische Privaturkunde (1911), S. 92. — Pirchegger, Herren von Pettau (ZHVSt 42, 1951), S. 12. — Mlinarič, Cerkevna organizacija (1998), S. 87. — Kos, Burg (2006), S. 345 Anm. 325. — Vidmar, Herren von Pettau (2006), S. 83. — Zehetmayer, Urkunde und Adel (2010), S. 129 (Anm. 376), 186, 187, 188, 190.

Geschrieben vom Pettauer Notar Leopold, siehe Zehetmayer, Urkunde und Adel, S. 188.

1. Hängesiegel Friedrichs von Pettau. 2. Fragment des Hängesiegels Hartnids von Pettau. 3. Hängesiegel der Brüder von Stadeck. Laut Jaksch, MDC IV/I, S. 334, alle an Hanffäden. Siehe monasterium sowie Anthony von Siegenfeld, Steirischer Uradel, Tafel 13 (nur 3. Siegel).

Ediert nach A.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Nos fratres Fridericus et Hærtnidus de Bettouia presenti scripto scire cupimus tam presentes quam futuros, quod ius patronatus et alia omnia iura, que in cappella sancti Georii aput Lapidem, que sita est in territorio Laventino, cum iure advocacie, quod in eadem cappella et in omnibus ad eandem pertinentibus habere dinoscebamur, nullo precio pro tali collatione aliquatenus accepto, set tantummodo spe celestis premii absolute et libere contulimus monasterio sancti Pauli, cuius sumus fideles et vassali^{a)} ita, ut per talem donationem et per alia devota et fidelia obsequia, si dictum monasterium in aliquibus offendimus, magis propiciabilem et gratiorem aput deum veniam consequamur, promittentes nichilominus prefatam cappellam nos et heredes nostri teneri monasterio memorato ab omni impetitione secundum iuris ordinem defensare. Ne autem talis collatio a nobis vel a nostris heredibus possit in posterum calumpniari vel quoquomodo revocari, hanc cartam scribi iussimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Ad maiorem eciam cautelam dominus Rvdolfvs de Stadeke, qui huic donationi interfuit, rogatu nostro suum appendit presenti cartule sigillum. Huius rei testes sunt Heinricus plebanus de Bettovia, Pernhohchus^{a)} frater domus hospitalis, Otto de Pirch, Hermannus de Bettöv, Ditricus

de Peyerdorf milites, Hartmannus frater eiusdem, Wölvelinus et Hermannus fratres de Chatzensteyne, Heinricus, Pilgrimus, Rvgerus fratres de Svlze, Fridericus de Hælensteyne, Eticho de Potenst(eyne), et quam plures alii viri omni exceptione maiores. Acta sunt hec anno domini M° CC° XL° V°, id. decembris, aput Bettouiam in domo Haytvolchi, feliciter amen.
Ego Lvpoldus notarius interfui et scripsi.

^{a)} A.